AUTHOR:

WACHSMUTH, CURTII

TITLE:

COMMENTATIO I DE ZENONE CITIENSI ET...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1874

Master Negative #
93-81179-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

 Dissertation
Wachsmuth, Curt
Commentatio I-II de Zenone Citiensi et Cleanthe Assio
Göttingen 1874-75

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/14/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

INDEX SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A D. XV. M. APRILIS USQUE AD D. XV. M. AUGUSTI
A. MDCCCLXXIV

HABENDARUM.

Inest Curtii Wachsmuth commentatio I de Zenone Citiensi et Cleanthe Assio.

GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT.
GUIL. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

HERMANNUS SAUPPE D.

CUM SENATU.

Quae a Stoicis antiquioribus de divinatione disputata sunt, ea Cicero (de divin. I 3, 6) his verbis descripsit: »cum Stoici omnia fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsisset et ea Cleanthes paulo uberiora fecisset, accessit acerrumo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraclis uno de somniis«. Idem fere in totam Stoicorum doctrinam cadit. Zeno eius quasi semina quaedam sparsit, quae Cleanthes paulo uberiora reddidit; omnibus vero numeris eam absolvit et accurate expolivit Chrysippus, ita ut quae ille innumerabilibus scriptis enucleavit, iam fere sola recentioribus scriptoribus viderentur antiquiorum Stoicorum sententiam repraesentare, quae vero primis duobus Stoicorum antesignanis placuerunt plerumque neglegerentur. In omnibus tamen litteris cum scitu sit dignissimum quae incunabula habuerit, dein qualia incrementa ceperit doctrina quaelibet, operae sane est pretium accuratius in Zenonis Cleanthisque praecepta inquirere. Accedit, quod Cleanthes quidem, quamquam ut ait Cicero (Acad. II 41, 126) maiorum fuit gentium Stoicus, arcte tamen et paene anxie vestigia magistri pressit, contra Chrysippus egit, qui ab utroque saepissime deflexit, id quod expressis verbis affirmatur apud Laertium Diogenem VII 179 (*Χρύσιππος*) *ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος ἐν παντὶ μέρει οὕτως ὥστε καὶ ἐν τοῖς πλείστοις διηνέχθη πρὸς Ζήνωνα ἀλλὰ καὶ πρὸς Κλεάνθην* et apud Ciceronem Acad. pr. II 47, 113 *quid? cum Cleanthe doctore suo quam multis rebus Chrysippus dissidet* atque luculenter eo comprobatur, quod Antipater Tarsensis vel totum librum *περὶ Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς* (cf. Plutarch. de Stoic. repugn. c. 4 p. 1034a) conscripsit.

Neque hactenus inventus est qui hoc munus omne susciperet susceptumve strenue expleret. Cleanthi enim nemo dum talem operam praestitit [1]): de Zenone sane praeter Christianum Augustum Brandisium in historiae Graeco-Romanae philosophiae vol. III, part. II, p. 501 sq. singulari opera tres viri docti Meulemannus Weygoldtus Wellmannus nuper disseruerunt.

---

1) Praeterquam quod eius placita theologica docte et acute Krischius *Forschungen auf d. Gebiete d. alten Philos.* I p. 416 sq. exposuit.

Quorum primus[1]) commentationem de Zenonis vita et magistris edidit, de eius doctrina se acturum esse sane p. 86 promisit, sed quantum scio promisso non stetit, alter[2]) adumbravit etiam placita Zenonis sed paucis defunctus est neque suum esse putavit, ut fundamentum solidum quod tali negotio substrui et potest et debet ipse pararet. Omnia nimirum congerenda sunt sive Zenoneorum scriptorum fragmenta sive diserta de illius doctrina testimonia: inde profectus poteris demum quae minus certa videntur stabilire et aliquatenus supplere quae desunt.

Hanc viam unice veram Wellmannus in Fleckeiseni annal. philol. huius anni p. 434 sq. iniit quidem, ita tamen ut in media ea subsisteret: namque in Zenonis placitorum reliquiis colligendis tam incuriose versatus est, ut omnia paullo reconditiora testimonia eum fugerint; quid quod vel ea sprevit, quae iam Brandisius l. s. s. partim me suasore significaverat.

Itaque priusquam altiora moliar, primum Zenonis doctrinae testimonia quotquot Wellmannus praetermisit componam; deinde Cleanthea adscribam omnia, quae vel ad Zenonis placita accuratius cognoscenda nonnihil conferunt. Nam ubicunque dubius haeres num Zenoni falso ceterorum Stoicorum placita adsignata sint — id quod patri totius sectae aliquotiens contigisse scimus —, certum fere iudicium ex Cleantheis facere poteris, in quibus afferendis similem errorem irrepsisse credi nequit.

ZENONEA

Exordiendum est a Zenoneorum librorum catalogo apud Laertium Diogenem VII 4 tradito, quode nuperarum Rosei, Useneri, Nitzschii lucubrationum plane ignarus dixit Wellmannus p. 441. ***Γέγραφε***, inquit Laertius l. s., ***προς τῇ πολιτείᾳ καὶ τάδε·*** 1) ***περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου***, 2) ***περὶ ὁρμῆς ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως***, 3) ***περὶ παθῶν***, 4) ***περὶ τοῦ καθήκοντος***, 5) ***περὶ νόμου***, 6) ***περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας***, 7) ***περὶ ὄψεως***, 8) ***περὶ τοῦ ὅλου***, 9) ***περὶ σημείων***, 10) ***Πυθαγορικὰ***, 11) ***καθολικὰ περὶ λέξεων***, 12) ***προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε***, 13) ***περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως. ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ*** 14) ***τέχνη καὶ λύσεις*** (sic Burbon. et cod. Laurent. LXIX, 13 qui ***λύσις*** exhibet, vulgo ***τεχνικαὶ λύσεις***) ***καὶ ἔλεγχοι δύο***, 15) ***ἀπομνημονεύματα Κράτητος ἠθικά. καὶ τάδε μὲν τὰ βιβλία.***

Laertii editores singulorum librorum titulos aliter constituere solent, cum scribunt ***καθολικὰ***, ***περὶ λέξεων*** et ***ἀπομνημονεύματα***, ***Κράτητος ἠθικά;*** cum eis consentit Weygoldtus p. 13 prorsus, ex parte Wellmannus p. 436 n. 3, qui tamen interpungit ***ἀπομνημονεύματα Κράτητος, ἠθικά,*** ita ut putet ***ἠθικά*** vocabulo alium quendam librum significari. Sed neque philosophum librum singularem ***καθολικά*** inscriptum edidisse mihi videtur probabile et ***ἀπομνημονεύματα Κράτητος ἠθικά*** tueor cum E. Koepkio, *über die Gattung der* ***ἀπομνημονεύματα*** *in der griechischen Litteratur* (*Brandenburg* 1857) p. 15.

1) Cf. Meulemann, comment. de Zenone Citieo, pars prior. Groningae 1858.
2) Weygoldt, *Zeno von Cittium und seine Lehre. Inaugural-Dissertation. Jena* 1872.

De singulorum librorum argumento minime inter viros doctos hactenus convenit. ***Περὶ σημείων*** libro Zenonem de indiciis logicis egisse et Weygoldtus l. s. et Prantlius, *Gesch. d. Logik im Abendlande* I p. 404 censet, de divinatione potius in eo expositum esse credit Wellmannus p. 442. Commentaria ***περὶ νόμου*** ethica fuisse sibi persuasit Weygoldtus l. s., Krischius theologum. p. 368 physica.

Hae et similes quae existere possunt controversiae omnes dirimuntur, nisi fallor, recte perspecta natura huius catologi. Eum indicem esse librorum in bibliotheca aliqua probabiliter Alexandrina collectorum, qui per Demetrium Magnetem ad Diogenem fluxerit non est cur hodie multis demonstrem; neque tumultuaria opera conflatum talem esse catalogum, sed ex certo ordine dispositum, veri est simillimum. Videmus vero — ut notissima exempla ponam — ex litterarum serie Theophrasteorum librorum tabulam digestam, ex argumenti ratione dispositos Chrysippeos libros. Ordinem alphabeticum sane nemo hic quaeret, sed Zenonis quoque libri ita mihi videntur discripti, ut primo loco positi sint ethici n. 1—6, secundo physici n. 7—10, tertio logici n. 11—13, adnectantur (adiectis verbis ***ἐστὶ δ' αὐτοῦ καὶ***) fortasse additamenta bibliothecae alicuius unum scriptum rhetoricum, unum ethicum.

Ne notissimi quidem ***περὶ πολιτείας*** libri omnia testimonia novit Wellmannus. Taceo, quod significatur illa scriptio a Plutarcho de repugn. Stoic. c. 2, p. 1033 b his verbis ***πολλὰ . . . αὐτῷ Ζήνωνι, πολλὰ δὲ Κλεάνθει . . . γεγραμμένα τυγχάνει περὶ πολιτείας καὶ τοῦ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν καὶ ῥητορεύειν,*** vel quod Zeno inter politicos scriptores citatur ab eodem in Lycurgi vita c. 31; sed commemoratur etiam a Philodemo in libello ***περὶ φιλοσόφων*** cuius misellae reliquiae in Herculanensium volumine octavo editae sunt; ibi enim legitur col. VII v. 4 ***Ἀντίπατρος ἐν τ[ῷ] κατὰ τῶν αἱρέσεων τῆς τε τοῦ Ζήνων[ος] μιμνήσκεται πολιτείας*** et ibidem col. XII et XVII eiusdem libri sententiae quaedam in controversiam vocantur, quamquam verba ipsa tam sunt lacera ut in restituendis eis mihi ipse non potuerim satisfacere. Fortasse huic libro ea quoque possunt tribui, quae leguntur in Stobaei florilegio 43, 88 ***Ζήνων ἔφη δεῖν τὰς πόλεις κοσμεῖν οὐκ ἀναθήμασιν ἀλλὰ ταῖς τῶν οἰκούντων ἀρεταῖς:*** optime certe haec verba conspirant cum eis quae Zenonem ***ἐν τῷ τῆς πολιτείας βιβλίῳ*** scripsisse testantur Clemens Alexandrinus stromat. V p. 426 (cuius locum exscripsit Wellmannus p. 438 n. 8) et Theodoretus Graec. affect. curat. p. 49, 45.

Nec cunctanter affirmo ***Κράτητος ἀπομνημονεύματα*** eam quoque narratiunculam exhibuisse, quam Teles apud Stob. floril. 95, 21 rettulit: ***Ζήνων ἔφη Κράτητα ἀναγινώσκειν ἐν σκυτείῳ καθήμενον τὸν Ἀριστοτέλους προτρεπτικόν, ὃν ἔγραψε πρὸς Θεμίσωνα τὸν Κυπρίων βασιλέα λέγων ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν, ὥστε δαπανᾶν εἰς ταῦτα, ἔτι δὲ δόξαν ὑπάρχειν αὐτῷ. ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ τὸν σκυτέα ἔφη προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα καὶ τὸν Κράτητα***

εἰπεῖν, „ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Φίλισκε, γράψειν πρός σε προτρεπτικόν· πλείω γὰρ
ὁρῶ σοι ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι, ὧν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης“.

Porro *ἐρωτικῇ τέχνῃ* attribuerim fragmentum apud Clementem Ale-
xandrinum paedag. III 11 p. 253 Sylb. servatum, cuius sententiam Wellman-
nus p. 464 plane assecutus non est, cum *muliebrem* pudicitiam describi di-
xit: namque adolescentulum depingi, iam uno vocabulo ἀρρενωπία satis
proditur. Totus vero locus, quem intactum reliquit Wellmannus, ita fere
scribendus est: ὑπογράφειν ὁ Κιτιεὺς ἔοικε Ζήνων εἰκόνα νεανίδα[1]) καὶ οὕτως
αὐτὸν ἀνδριαντουργεῖ· »ἔστω, φησίν, καθαρὸν τὸ πρόσωπον, ὀφρὺς μὴ καθει-
μένη μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον μηδὲ ἀνακεκλασμένον, μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος,
μηδὲ ἀνιέμενα τὰ τοῦ σώματος μέλη, ἀλλὰ μετέωρα[2]) ἐντόνοις (εὐτόνοις cod.
Palatin.) ὅμοια· ὀρθὸς νοῦς πρὸς τὸν λόγον[3]), ὀξύτης καὶ κατακωχὴ (sic
Bodlei. Reg. Paris., κατοχὴ vulgo) τῶν ὀρθῶς εἰρημένων καὶ σχηματισμοὶ καὶ
κινήσεις μηδὲν ἐνδιδοῦσαι (κίνησις μηδὲν ἐνδιδοῦσα Palat. Reg. Paris.) τοῖς
ἀκολάστοις ἐλπίδος. αἰδὼς μὲν ἐπανθείτω καὶ ἀρρενωπία· ἀπέστω δὲ καὶ
ὁ ἀπὸ τῶν μυροπωλίων καὶ χρυσοχοείων[4]) καὶ ἐριοπωλίων ἄλυς καὶ ὁ ἀπὸ
τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων, ἔνθα καὶ ἑταιρικῶς κεκοσμημένοι ὥσπερ ἐπὶ τέγους
καθεζόμενοι[5]) διημερεύουσι«.

Denique praeter libros a Wellmanno laudatos innotuerunt nuper etiam
Zenonis *ἐπιστολαί*, ex quibus depromptam testatur Angelus Maius in scri-
ptor. vet. nov. collect. vol. II p. XXVII adnot. 1 in Maximi florilegii co-
dice Vaticano antiquissimo inter sententias capitis sexti περὶ φίλων καὶ φι-
λαδελφίας inscripti exhiberi hanc: ὁ μὲν γεωργὸς ἀφ' ὧν ἂν πολὺν καὶ κα-
λὸν θέλοι καρπὸν λαβεῖν ὠφέλιμον ἑαυτὸν ἐκείνοις παρέχεται καὶ πάντα τρό-
πον ἐπιμελεῖται καὶ θεραπεύει· πολὺ δὲ μᾶλλον (οἱ addendum?) ἄνθρωποι
τοῖς ὠφελίμοις πεφύκασι χαρίζεσθαι καὶ περὶ τοὺς τοιούτους μάλιστα σπουδά-
ζειν· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. καὶ γὰρ καὶ τῶν μερῶν τοῦ σώματος ἐκείνων
ἐπιμελούμεθα μᾶλλον ἅπερ ὠφελιμώτερα ἑαυτοῖς πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν νομίζο-
μεν εἶναι, ὅθεν ὁμοίως ὑφ' ὧν εὖ πάσχειν ἀξιοῦμεν, ὠφελίμους αὐτοῖς ἔργοις,
ἀλλὰ μὴ τοῖς λόγοις εἶναι δεῖ. οὐδὲ γὰρ ἡ ἐλαία τῷ θεραπεύοντι αὐτὴν ἐπα-
γάλλεται, ἀλλ' ἐκφέρουσα πολλούς τε καὶ καλοὺς καρποὺς ἔπεισεν ἑαυτῆς ἐπι-
μελεῖσθαι μᾶλλον.

Reliqua quae certis libris aliqua cum probabilitate adscribi nequeunt
ita afferam, ut dispositionem a Wellmanno institutam fere sequar. Itaque
primum e t h i c a e doctrinae testimonia promam postliminii iure recipienda.

1. Lactant. divin. instit. III 7 *Zenonis (summum bonum est) cum natura congruenter vivere.*

---

1) Cobetus in mnemosynae vol. VI, p. 339 sq. coni. νεανίου.

2) Sic scripsi; vulgo μέλη. ἀλλὰ τὰ μετέωρα.

3) Sic scripsi, ὅμοια ὀρθόνου (ὀρθοτόνου Arcerius)· πρὸς τὸν λόγον vulgo. pro ὀρθόνου Potterus coniecit ὀρθόνους, Cobetus l. s. ὀρθὸν οὖς.

4) Sic correxit Cobetus l. s. pro χρυσοχοίων.

5) Sic coniecit Cobetus l. s., vulgo κεκοσμημέναι et καθεζόμεναι; cf. Aeschin. in Timarch. §. 74 τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καθεζόμενους.

2. Idem ibid. 8 *audiamus etiam Zenonem . . . summum, inquit, est bonum cum natura consentanee vivere.*

3. Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. III c. 5; V p. 332 Kühn., V p. 125 Chart., I p. 271 sq. Bas. οὐ μόνον Χρύσιππος ἀλλὰ καὶ Κλεάνθης καὶ Ζήνων ἑτοίμως αὐτὰ τιθέασιν (τοὺς φόβους καὶ τὰς λύπας καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα πάθη κατὰ τὴν καρδίαν συνίστασθαι).

4. Id. ibid. IV c. 2; V p. 367 K., V p. 136 Ch., I p. 276 B. τοιαύτην τινὰ τὴν οὐσίαν τῶν παθῶν (i. e. ὅτι αἱ μειώσεις καὶ αἱ ἐπάρσεις καὶ αἱ συστολαὶ καὶ αἱ διαχύσεις... τῆς ἀλόγου δυνάμεώς ἐστι παθήματα ταῖς δόξαις ἐπιγιγνόμενα) Ἐπίκουρος καὶ Ζήνων . . . ὑπολαμβάνει. Duos alios locos huc pertinentes vide apud Wellmannum p. 454.

5. Id. ibid. IV 4; V p. 390 K., V p. 143 Ch., I p. 279 B. (Ποσειδώνιος) πειρᾶται μὴ μόνον ἑαυτὸν τοῖς Πλατωνικοῖς ἀλλὰ καὶ τὸν Κιτιέα Ζήνωνα προσάγειν. Cf. Posidonii reliq. coll. Bak. p. 197.

6. Themistius orat. VIII p. 108 c Harduin. ἐμοὶ δὲ καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς λίαν ἀρεστὸς τὴν εὐπείθειαν ἀποφηνάμενος τῆς ἀγχινοίας ἀρετὴν εἶναι βασιλικωτέραν καὶ τὴν τάξιν τοῦ Ἡσιόδου (Op. et di. 293. 295) μεταθείς· »κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται· ‖ ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει“. cf. idem orat. XIII p. 171 d ὀρθῶς ὑπελάμβανε Ζήνων ὁ Κιτιεὺς βασιλικωτέραν εἶναι τῆς ἀγχινοίας τὴν εὐπείθειαν. Laert. Diog. VII 25 (φασὶ Ζήνωνα) τοὺς Ἡσιόδου στίχους μεταγράφειν οὕτω· „κεῖνος μὲν — νοήσει“. κρείττονα γὰρ εἶναι τὸν ἀκοῦσαι καλῶς δυνάμενον τὸ λεγόμενον καὶ χρῆσθαι αὐτῷ τοῦ δι' αὑτοῦ τὸ πᾶν συννοήσαντος. τῷ μὲν γὰρ μόνον εἶναι τὸ συνεῖναι, τῷ δ' εὖ πεισθέντι τὸ προσεῖναι καὶ τὴν πρᾶξιν. Procl. comment. in Hesiod. op. et di. v. 291, p. 168 ed. Gaisford. Oxon. Ζήνων μὲν ὁ στωικὸς ἐνήλαττε τοὺς στίχους λέγων „οὗτος μὲν — κἀκεῖνος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ“ τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδούς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα.

7. Philo (πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον) p. 460, 35 ed. Mangey. ἄξιον τὸ Ζηνώνειον ἐπιφωνῆσαι, ὅτι θᾶττον ἂν ἀσκὸν βαπτίσαις (sic corr. Mangey pro βαπτίσαι) πλήρη πνεύματος ἢ βιάσαιο (sic corr. Mangey pro βιάσαιτο) τὸν σπουδαῖον ὁντινοῦν ἄκοντα δρᾶσαί τι τῶν ἀβουλήτων· ἀνένδοτος γὰρ καὶ ἀήττητος ψυχή, ἣν ὀρθὸς λόγος δόγμασι παγίοις ἐνεύρωσε.

8. Galen. de cogn. animi morbis V p. 13 Kühn., VI p. 523 Chart., I p. 353 Bas. οὕτω γοῦν καὶ Ζήνων ἠξίου πάντα πράττειν ἡμᾶς ἀσφαλῶς, ὡς ἀπολογησομένους ὀλίγον ὕστερον παιδαγωγοῖς. ὠνόμαζε γὰρ οὕτως ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἑτοίμους ὄντας τοῖς πέλας ἐπιτιμᾶν κἂν μηδεὶς αὐτοὺς παρακαλῇ.

9. Stobaeus floril. 14, 4 = Antonius meliss. I 52 Ζήνωνος[1]).

ἔλεγχε σαυτὸν ὅστις εἶ, μὴ πρὸς χάριν
ἄκου', ἀφαιροῦ δὲ κολάκων παρρησίαν.

---

1) Zenonis nomen restituere voluit Meinekius (cf. comic. Gr. frg. praefat. vol. I, p. X) apud Stobaeum floril. II 12, ubi libri Ζηνοδότου nomen praebent adscribuntque hos versus:

κηρύσσεται μὲν ἡ ἀρετή· κακὸς δ' ἀνὴρ
σιγηλὸν ἔσχε ζῶν τε καὶ θανὼν βίον.

10. Maximus serm. 26 = Apostol. VIII 34 n = Arsen. XXVII 53 *Ζήνωνος. Ζῆθι ὦ ἄνθρωπε μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ' ἵνα τὸ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καταχρήσῃ.*

11. Stobaeus floril. 4, 107 *Ζήνωνος. Ζήνων δὲ ἔφη γελοῖον, ἑκάστους μὲν τοῖς παραγγείλασιν* (sic pro *πράγμασιν* scribendum est quod quis coniecerit iam non memini), *ὡς δεῖ ζῆν μὴ προσέχειν ὡς οὐκ εἰδότων, τὸν δὲ παρὰ πάντων ἔπαινον θαυμάζειν ὡς ἐχόμενον κρίσεως.*

12. Florileg. Monac. n. 198 *ὁ αὐτὸς* (*Ζήνων*) *ἔφη τὴν μὲν ὅρασιν ἀπὸ τοῦ ἀέρος λαμβάνειν τὸ φῶς, τὴν δὲ ψυχὴν ἀπὸ τῶν μαθημάτων.*

13. Stobae. flor. 6, 34 *Ζήνωνος. Ζήνων ᾐτιᾶτο τοὺς πλείστους λέγων, ἐξὸν ἀπὸ τῶν πόνων τὰς ἡδονὰς φέρειν ἀπὸ τῶν μαγειρείων λαμβάνοντας.*

14. Stobae. flor. 98, 68 *Ζήνωνος. Ζήνων ἔλεγεν οὐδενὸς ἡμᾶς οὕτω πενέσθαι ὡς χρόνου. βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος, ἡ δὲ τέχνη μακρή, καὶ μᾶλλον ἡ τὰς τῆς ψυχῆς νόσους ἰάσασθαι δυναμένη.* Cf. Laert. Diogen. VII 23 *ἔλεγε* (*Ζήνων*) *. . . μηδενὸς ἡμᾶς οὕτως ἐνδεεῖς ὡς χρόνου.*

15. Musonius apud Stobae. floril. 6, 62 *εὖ γὰρ εἴρηται τὸ τοῦ Ζήνωνος, ὅτι τούτου ἕνεκα καρτέον, οὗ καὶ κομητέον, τοῦ κατὰ φύσιν, ἵνα μὴ βαρούμενός τις ὑπὸ τῆς κόμης μηδ' ἐνοχλούμενος ᾖ πρὸς μηδεμίαν ἐνέργειαν.*

Deinde physicorum Zenonis placitorum quibuscum theologica apte possunt consociari nonnulla gravissima testimonia a Wellmanno praetermissa sunt; accipe igitur spicilegium sat luculentum opinor.

1. Theodoret. Graec. aff. cur. p. 58, 2. *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὁ Μνασέου . . . τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην ἀρχὰς ἔφησεν εἶναι.*

2. Id. ibid. p. 87, 26 *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς δύναμιν κέκληκε τὴν εἱμαρμένην κινητικὴν τῆς ὕλης, τὴν δὲ αὐτὴν καὶ πρόνοιαν καὶ φύσιν ὠνόμασεν.*

3. Valer. Prob. in Vergil. eclog. VI 31, p. 10 Keil. *omnem hanc rerum naturae formam tenui et inani mole dispersam refert* (*Vergilius*) *in quattuor elementa concretam et ex his omnia esse effigiata Stoici* (*ita Stoici* coni. Keil.) *tradunt Zenon Citieus et Chrysippus Solaeus et Cleanthes Assius.*

4. Achilles Tatius isag. in Arat. 3 p. 124 e (in Petavii uranol.) *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀρχὴν εἶναι λέγει τῶν ὅλων θεὸν καὶ ὕλην, θεὸν μὲν τὸ ποιοῦν, ὕλην δὲ τὸ ποιούμενον· ἀφ' ὧν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα γεγονέναι.*

5. Philo de provident. sermo I p. 12 ed. Aucher. Venet. 1822. *Zeno Menae* (corrige *Mnaseae*) *filius aerem, deum, materiam et elementa quattuor. caeterum superius dicebat: „cuius pars sub corruptione iacet, necesse id est totum quoque obnoxium esse corruptioni. nec enim sine toto partes constare possunt, neque totum sine partibus; nam mundus universus unum corpus est e multis partibus a deo compositum“.*

6. Cicero de deor. nat. I 14, 36 (quem falso loco p. 452 n. 65 adscripsit Wellmannus) *Zeno . . . naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria . . . atque hic idem alio loco aethera deum dicit . . . aliis autem libris rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam putat. idem astris hoc tribuit tum annis mensibus annorumque mutationibus.* Cf. Tertullian. adv. Marcion. I 13 *Zeno aerem et aetherem* (*deos pronuntiavit*).

Idem de praescript. haeret. 7 *ubi materia cum deo aequatur Zenonis disciplina est.* Lactant. divin. instit. I 5 *Zeno divinam naturalemque legem* (*deum nuncupat*).

7. Tertullian. ad nation. II 4 (quem locum laudavit solum, non exscripsit Wellmannus p. 468 not. 122) *ecce enim Zeno quoque materiam mundialem a deo separat vel eum per illam tamquam mel per favos transisse dicit.*

8. Id. ibid. II 2 *cuius* (*ignis*) *instar vult esse naturam Zenon.*

9. Ps. Galen. hist. philos. c. 27 (vide Diels, de Galen. hist. phil. p. 40) *Πλάτων μὲν οὖν καὶ Ζήνων ὁ στωικὸς περὶ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ διεληλυθότες . . . ὁ μὲν Πλάτων θεὸν ἀσώματον, Ζήνων δὲ σῶμα περὶ τῆς μορφῆς μηδὲν εἰρηκότες.*

10. Galen. in Hippocr. de humor. I 1; XVI p. 32 Kühn.; VIII p. 512 Chart. *Ζήνων τε ὁ Κιτιεὺς ὃς* (immo *ὡς*) *τὰς ποιότητας οὕτω καὶ τὰς οὐσίας δι' ὅλου κεράννυσθαι ἐνόμιζεν.*

11. Galen. de natur. facult. I 2; II p. 5 Kühn., V p. 10 Chart., I p. 87 Bas. *εἰ δ' ὥσπερ τὰς ποιότητας καὶ τὰς οὐσίας δι' ὅλων κεράννυσθαι χρὴ νομίζειν, ὡς ὕστερον ἀπεφήνατο Ζήνων ὁ Κιτιεύς.*

12. Achilles Tatius isagog. in Arat. 5 p. 129 e (in Petavii uranolog.) *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς οὕτως αὐτὸν* (*τὸν οὐρανὸν*) *ὡρίσατο· „οὐρανός αἰθέρος τὸ ἔσχατον· ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧ ἐστι πάντα ἐμφανῶς· περιέχει γὰρ πάντα πλὴν αὐτοῦ· οὐδὲν γὰρ ἑαυτὸ περιέχει ἀλλ' ἑτέρου ἐστὶ περιεκτικόν“.*

13. Philargyrius in Verg. Georg. II 336, p. 245 Ursin. *Zenon ex hoc mundo quamvis aliqua intereant, tamen ipsum perpetuo manere, quia inhaereant ei elementa, e quibus generantur materiae; ut dixit crescere quidem, sed ad interitum non pervenire, manentibus elementis, a quibus revalescant* [1]).

14. Themist. paraphr. phys. auscult. IV 6, I p. 284 Spengel. (*τὸ κενὸν*) *κεχωρισμένον καὶ ἀθρόον εἶναι, καθ' αὑτὸ περιέχον τὸν οὐρανόν, ὡς πρότερον μὲν ᾤοντο τῶν ἀρχαίων τινὲς, μετὰ δὲ ταῦτα οἱ περὶ Ζήνωνα τὸν Κιτιέα.*

15. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. II 5; V p. 247 Kühn., V p. 100 Ch., I p. 258 B. *καὶ τοῦτο βούλεταί γε Ζήνων καὶ Χρύσιππος ἅμα τῷ σφετέρῳ χορῷ παντὶ διαδίδοσθαι τὴν ἐκ τοῦ προςπεσόντος ἔξωθεν ἐγγενομένην τῷ μορίῳ κίνησιν εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, ἵν' αἴσθηται τὸ ζῷον.*

16. Ps. Galen. histor. philos. c. 15 (vid. Diels p. 44) *οἱ δὲ* (*τὴν οὐσίαν ταύτην* i. e. *ψυχὴν ἔφασαν*) *σῶμα σώματα ἅμα κινοῦν* (sic scripsi nisus Nicolai interpretatione *corpus simul secum movens*; vulgo *σώματα κινοῦντα*), *ὡς Ζήνων καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ· πνεῦμα γὰρ εἶναι αὐτὴν ὑπενόησαν καὶ οὗτοι.*

17. Themist. paraphras. Aristotel. de anim. I 3, vol. II p. 30 Spengel. *ὅμως Ζήνωνι μὲν ὑπολείπεταί τις ἀπολογία κεκρᾶσθαι ὅλην δι' ὅλου τοῦ σώματος φάσκοντι τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ἔξοδον αὐτῆς ἄνευ φθορᾶς τοῦ συγκρίματος μὴ ποιοῦντι.*

---

1) Ne deos quidem ex Zenonis sententia mundi interitum effugere posse contendit Zellerus in histor. philos. Gr. Rom. III 1 p. 140 (cuius verba laudavit Wellmannus p. 471). Sed Philodemi cuius testimonio id probari ille opinatus est verba sive verborum fragmenta tam rara natant in gurgite vasto (vide vol. Herculan. tom. VI col. I), ut certi quidquam ex eis expiscari nequeas.

18. Varro de ling. lat. V 59 *ut Zenon Citieus, animalium semen ignis is qui anima ac mens.*

19. Galen. de Platon. et Hippocr. plac. II 8; p. 283 K., V p. 110 Ch., I p. 264 B. *εἰ δέ γε ἕποιτο* (*Διογένης ὁ Βαβυλώνιος*) *Κλεάνθει καὶ Χρυσίππῳ καὶ Ζήνωνι*[1]) *τρέφεσθαι μὲν ἐξ αἵματος φήσασι* (sic scripsi pro *φήσας*) *τὴν ψυχήν, οὐσίαν δ' αὐτῆς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα κτλ.*

20. Theodoret. Graec. affect. cur. p. 73, 40 *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆςδε τῆς αἱρέσεως* (*τῆς ποικίλης*) *ἡγησάμενος, τοιάδε περὶ τῆς ψυχῆς δοξάζειν τοὺς οἰκείους ἐδίδαξε φοιτητάς· τὸν γάρ τοι ἀνθρώπινον θορὸν ὑγρὸν ὄντα καὶ μετέχοντα πνεύματος τῆς ψυχῆς ἔφησεν εἶναι μέρος τι καὶ ἀπόσπασμα καὶ τοῦ τῶν προγόνων σπέρματος κέρασμά τε καὶ μίγμα ἐξ ἁπάντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων συναθροισθέν.* Cf. Euseb. praep. evang. XV 20 p. 821 c, quem vide apud Wellmannum p. 476.

21. Plutarch. de placit. philos. V 5, 2 (= Galen. hist. phil. 102) *Ἀριστοτέλης καὶ Ζήνων* (*ἔφασαν τὸ θῆλυ*) *ὕλην μὲν ὑγρὰν προίεσθαι, οἱονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτας, οὐ μὴν σπερματικόν.*

22. Nemes. de nat. hum. c. 15, p. 174 (ed. Oxon. 1671) *Ζήνων δὲ ὁ στωικὸς ὀκταμερῆ φησιν εἶναι τὴν ψυχὴν διαιρῶν αὐτὴν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν καὶ εἰς τὰς πέντε αἰσθήσεις καὶ εἰς τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ σπερματικόν.*

23. Galen. de Hippocr. et Platon. plac. II 5; V p. 241 K., V p. 98 Ch., I p. 257 B. *καὶ μὴν ὁ θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν στωικῶν λόγος ὁ Ζήνωνος ὃν καὶ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἔγραψεν ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικοῦ πρῶτον ἁπάντων* — *βυλώνιος οὐκ ἐξ ἄλλου τινὸς ἔχει τὸ θαυμάζεσθαι, πλὴν οὗ νῦν εἶπον ἀξιώματος ἤδη. εἴσῃ δ' ἐναργέστερον, εἰ παραγράψαιμεν αὐτόν, ἔχει γὰρ ὧδε· „φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ. εἰ δὲ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει· ὅθεν δὲ λόγος, καὶ φωνὴ ἐκεῖθεν χωρεῖ. λόγος δὲ ἀπὸ διανοίας χωρεῖ, ὥστ' οὐκ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια". τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον λόγον Διογένης οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐρωτᾷ λέξιν, ἀλλ' ὧδε· ὅθεν κτλ.* ibid. p. 243 sq. K., p. 98 sq. Ch., p. 258 B. *ἠρκέσθην ἐξετάσας τὸν τοῦ Ζήνωνος μόνον* (*λόγον*), *εἰ μὴ πρός τινα τῶν στωικῶν ἐγεγόνει μοί ποτε ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ χωρεῖ ῥήματος, ὅπερ ἔλαβεν ὁ Ζήνων ἐν τῷ λόγῳ γράψας ὡδί· „φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ". τὸ γὰρ χωρεῖ τοῦτο ῥῆμα ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἀκούειν ἐν ἴσῳ τῷ ἐξέρχεται ἢ ἐκπέμπεται. ὁ δὲ, τούτων μὲν μηδέτερον, ἔφη, σημαίνεται πρὸς αὐτοῦ, καὶ τρίτον ἄλλο παρὰ ταῦτα λέγειν οὐκ εἶχεν .... ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν αὐτῶν ἤδη τρέψομαι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ποιησάμενος, ὅσπερ δὴ καὶ πατήρ ἐστι τοῦ περὶ τῆς φωνῆς λόγου τοῦδε καὶ ἁπάσης τῆς τῶν στωικῶν αἱρέσεως.* iudicium quod Galenus de hac Zenonis doctrina tulit vide inprimis ibid. p. 250. 251. 253. 256. 257. 260 Kühn.

24. Galen. ibid. III 5; V p. 322 K., V p. 122 Ch., I p. 269 B. *ὅ τε Ζήνων πρὸς τοὺς ἐπιλαμβανομένους ὅτι πάντα τὰ ζητούμενα* (affectus) *εἰς τὸ στόμα φέρειν* (*φέρεται?*), *ἔφησεν „ἀλλ' οὐ πάντα καταπίνεται οὔτε τῆς καταπόσεως ἄλλως ἂν οἰκειότερον λεγομένης οὔτε τῆς καταβάσεως τῶν ῥηθέντων, εἰ μὴ περὶ τὸν θώρακα τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ἦν, εἰς ὃ ταῦτα πάντα φέρεται.*

1) Fortasse tamen hic non Citiensis, sed Tarsensis significatur Zeno, Chrysippi successor, post quem ipse Diogenes Babylonius scholae praefuit.

25. Censorin. de die natali IV 10 *Zenon Citieus stoicae sectae conditor principium humano generi ex novo mundo constitutum putavit primosque homines ex solo adminiculo divini generis, id est dei providentia genitos.*

26. Varro de re rustica II 1, 3 *sive aliquod fuit principium generandi animalium, ut credidit Thales Milesius et Zeno Citieus.*

27. Censorin. de die natali XVII 2 *Herodicus annos quinque et viginti scribit dici genean, Zenon triginta.* (Jahn p. 43 coni. *Xenon*).

28. Tatian. adv. Gr. c. 5 *τὸν Ζήνωνα διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ Μέλητον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, παραιτητέον.*

29. Minucius Felix Octav. XIX 8 p. 53 Orelli. *Zenon eiusdem* (*Cleanthis*) *magister naturalem legem atque divinam et aethera interim interdumque rationem vult omnium esse principium; idem interpretando Iunonem aera, Iovem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum et ceteros similiter vulgi deos elementa esse monstrando publicum arguit graviter et revincit errorem.*

30. Tertullian. apologet. 21, I p. 198 Oehler. *apud vestros quoque sapientes* **λόγον** *id est sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis. hunc enim Zeno determinat factitatorem qui cuncta in dispositione formaverit; eundem et fatum vocari et deum et animum Iovis et necessitatem omnium rerum.*

31. Tatian. adv. Gr. c. 5 *καὶ ὁ θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν* (*Ζήνωνα*) *ποιητὴς ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρρητουργοῖς καταγινόμενος.*

32. Valer. Probus in Vergil. ecl. VI 31, p. 21, 14 Keil. *sunt qui singulis elementis principia adsignaverunt . . . Thales Milesius, magister eius (Anaximenis) aquam. hanc quidem Thaletis opinionem ab Hesiodo putant manare, qui dixerit: ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα. nam Zenon Citieus sic interpretatur, aquam χάος appellatum ἀπὸ τοῦ χέεσθαι, quanquam eandem opinionem ab Homero possumus intellegere, quod ait Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.* (Eadem originatio est apud Achill. Tat. isag. in Arat. phaen. 3 p. 125 e Petav.).

33. Schol. Apollon. Rhod. I 498 *καὶ Ζήνων τὸ παρ' Ἡσιόδῳ χάος ὕδωρ εἶναί φησιν, οὗ συνιζάνοντος ἰλὺν γίνεσθαι, ἧς πηγνυμένης ἡ γῆ στερεμνιοῦται· τρίτον δ' Ἔρωτα γεγονέναι καθ' Ἡσίοδον, ἵνα τὸ πῦρ παραστήσῃ· πυρωδέστερον γὰρ πάθος ἔρως.* Cf. Schol. Hesiod. theogon. 117 *Ζήνων δὲ ὁ στωικὸς καὶ τοῦ ὑγροῦ τὴν ὑποστάθμην γῆν γεγεννῆσθαί φησιν.*

34. Schol. Hesiod. theogon. 134 *ὁ Ζήνων φησὶ τοὺς Τιτᾶνας διὰ παντὸς εἰρῆσθαι τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου.*

35. Schol. Hesiod. theogon. 139 *Ζήνων δὲ πάλιν φυσικωτέρως τὰς ἐγκυκλίους φορὰς εἰρῆσθαί φησι* (Titanas)· *διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τούτων ἐξέθετο Βρόντην τε καὶ Στερόπην* (immo *βροντήν τε καὶ στεροπήν*)· *Ἄργην δὲ, ἐπειδή φασι τὸν ἀργῆτα κεραυνόν· παῖδας δέ φησιν αὐτοὺς τοῦ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ πάντα ταῦτα τὰ πάθη περὶ τὸν οὐρανόν εἰσι.*

Ecce denique repudiata nonnulla dialectica et rhetorica testimonia.

1. Stobae. flor. 82, 5 Ζήνωνος. Ζήνων τὰς τῶν διαλεκτικῶν τέχνας εἴκαζε τοῖς εἰκαίοις μέτροις οὐ πυρὸν οὐδ' ἄλλο τι τῶν σπουδαίων μετροῦσιν ἀλλ' ἄχυρα καὶ κόπρια. Cf. Plutarch. de Stoicor. repugn. c. 8 p. 1034 ἔλυε δὲ σοφίσματα, καὶ τὴν διαλεκτικὴν ὡς τοῦτο ποιεῖν δυναμένην ἐκέλευε παραλαμβάνειν τοὺς μαθητάς.

2. Schol. Dionys. Thrac. ap. Bekker. An. Gr. II p. 663, 15 ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Ζήνων λέγων· τέχνη ἐστὶν ἕξις ὁδοποιητικὴ τουτέστι δι' ὁδοῦ καὶ μεθόδου ποιοῦσά τι.

3. Olympiodor. in Platon. Gorg. ed. H. Jahn in Jahni annal. supplem. XIV p. 239 (cf. Wellmann p. 485 n. 198) Ζήνων δέ φησιν, ὅτι τέχνη ἐστὶν σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ (adduntur Chrysippi Cleanthisque artis definitiones). Cf. schol. Dionys. Thrac. p. 649, 31 οἱ Στωικοὶ λέγουσι· τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. ead. p. 721, 25 οἱ Στωικοὶ οὕτως ὁρίζονται τὴν τέχνην· τέχνη ἐστὶ σύστημα περὶ ψυχὴν γενόμενον ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τ. εὔ. τ. ἐ. τ. β. Lucian. parasit. 4 τέχνη ἐστὶν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Cf. praeterea Cicer. Academ. II 7, 22; Sext. Empir. Pyrrh. hypot. III 241, adv. mathem. VII 109 et 173 alios.

4. Anonymi variae collectiones mathematicae in Hultschiana Heronis geometricorum et stereometricorum editione p. 275 Ταύρου Σιδονίου ἔστιν ὑπόμνημα εἰς πολιτείαν Πλάτωνος, ἐν ᾧ ἐστι ταῦτα· ὡρίσατο ὁ Πλάτων τὴν γεωμετρίαν . . . ., Ἀριστοτέλης δ' . . ., Ζήνων δὲ ἕξιν ἐν προςδέξει φαντασιῶν ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου (sic emendavi verba tradita ἕξιν πρὸς δεῖξιν φαντασιῶν ἀμεταπτώτως ὑποδίκου coll. Laert. Diog. VII 47).

5. Eustath. in Il. Σ 506, p. 1158, 37 ἠεροφώνους κήρυκας Ὅμηρος κἀνταῦθα εἰπὼν τὸν κατὰ Ζήνωνα τῆς φωνῆς ὅρον προυπέβαλεν εἰπόντα· „φωνή ἐστιν ἀὴρ πεπληγμένος". cf. Laert. Diog. VII 55 ἐστὶ δὲ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος.

6. Zonaras v. σολοικίζειν. οὐ μόνον τὸ κατὰ φωνὴν καὶ λόγον χωρικεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἐνδυμάτων, ὅταν τις χωρικῶς ἐνδιδύσκηται ἢ ἀτάκτως ἐσθίῃ ἢ ἀκόσμως περιπατῇ, ὥς φησι Ζήνων. cf. Cyrilli lexicon cod. Bodlei. ant. T. II 11 apud Cramer. an. Paris. IV p. 190 v. σολοικισμός· ὅτε τις ἀτέχνως διαλέγεται· σολοικίζειν οὐ μόνον τὸ κατὰ λέξιν καὶ φωνὴν ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φορημάτων, ὅταν τις χωρικῶς ἐνδέδυται ἢ ἀτάκτως ἐσθίει ἢ ἀκόσμως περιπατεῖ (ἢ add. cod.), ὥς φησι Ζήνων ὁ Κιτιεύς.

7. Anonymi ars rhetor. vol. I p. 434, 23 Spengel. (not. cod. Paris. vol. XIV 2, p. 190 ed. Seguer.). Ζήνων δὲ οὕτω φησί· διήγησίς ἐστι τῶν ἐν τῇ ὑποθέσει πραγμάτων ἔκθεσις εἰς τὸ ὑπὲρ τοῦ λέγοντος πρόςωπον ῥέουσα.

8. Ead. vol. I p. 447, 11 Spengel. (p. 260 Seguer.) ὡς δὲ Ζήνων, παράδειγμά ἐστι γενομένου πράγματος ἀπομνημόνευσις εἰς ὁμοίωσιν τοῦ νῦν ζητουμένου.

Postremo videtur addendum esse, apophthegmata Zenonis praeter ea quae supra suo loco adscripta et quae a Laertio Diogene relata sunt lau-

dari a Plutarcho moral. p. 78 e (cf. p. 345 f), p. 87 a (cf. p. 467 d et p. 603 e), p. 443 a, p. 534 a, Phocion. 5, a Galeno vol. IV p. 777 Kühn. (= Laert. Diogen. VII 26), a Clemente Alex. Strom. II 20, p. 494, 20, a Stobaeo floril. 7, 45 (= Laert. Diog. VII 28); 15, 12 (= Maxim. 60) 17, 43; 34, 10; 36, 19. 23. 26; 57, 12; in floril. Monac. 196 (quod Cleanthi apud Arrhianum Epictet. IV 1, 173 assignatur); et 197 (= Laert. Diog. VII 23); a Maximo sermon. 5 (quod Cleanthi in florileg. Laurent. II 13, 63 i. e. a Stobaeo tribuitur) et ab eod. 63 (ubi margini adscriptum est Ζήνωνος, in contextu exhibetur ὁ αὐτός, ultima vero sententia Diogenis est, id quod praeter Maximum a Stobaeo floril. 86, 19 et 89, 4 confirmatur) in florileg. Laurent. II 13, 81 (Stobaei floril. edit. Meinek. vol. IV, p. 201), denique a Theodoro Metoch. p. 812 Kiessl., praeterea a Seneca de tranquill. anim. XIV 2.

CLEANTHEA

Cleanthis scripta enumeravit Laertius Diogenes VII 174 sq. haecce: βιβλία δὲ κάλλιστα (Κλεάνθης) καταλέλοιπεν ἅ ἐστι τάδε· 1) περὶ χρόνου. 2) περὶ τῆς Ζήνωνος φυσιολογίας (sic cod. Burbon. περὶ τοῦ Ζήνωνος φυσιολόγου cod. Laurent. LXIX, 35 et Palatin., περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας reliqui libri) δύο. 3) τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεων (sic cod. Laurent. LXIX, 35 et Palatin., ἐξηγήσεις reliqui) τέσσαρα. 4) περὶ αἰσθήσεως. 5) περὶ τέχνης. 6) πρὸς Δημόκριτον. 7) πρὸς Ἀρίσταρχον. 8) πρὸς Ἥριλλον. 9) περὶ ὁρμῆς δύο. 19) ἀρχαιολογία. 11) περὶ θεῶν. 12) περὶ γιγάντων. 13) περὶ Ὑμεναίου (ὑμεναίου cod. Burbon. et Laurent. LXIX, 13 et Arundel., ὑμεναίων reliqui). 14) περὶ τοῦ ποιητοῦ. 15) περὶ τοῦ καθήκοντος τρία (sic cod. Burbon., γ' vulgo). 16) περὶ εὐβουλίας. 17) περὶ χάριτος. 18) προτρεπτικός. 19) περὶ ἀρετῶν. 20) περὶ εὐφυίας. 21) περὶ Γοργίππου (num πρὸς Γόργιππον? qui idem fuerit atque Γοργιππίδης ad quem complura scripta Chrysippus misit). 22) περὶ φθονερίας. 23) περὶ ἔρωτος. 24) περὶ ἐλευθερίας. 25) ἐρωτικὴ τέχνη. 26) περὶ τιμῆς. 27) περὶ δόξης. 28) πολιτικός (περὶ δόξης πολιτικῆς cod. Laurent. LXIX, 35). 28) περὶ βουλῆς. 29) περὶ νόμων. 30) περὶ τοῦ δικάζειν. 31) περὶ ἀγωγῆς. 32) περὶ τοῦ λόγου τρία (sic cod. Burbon., γ' vulgo). 33) περὶ τέλους. 34) περὶ καλῶν. 35) περὶ πράξεων. 36) περὶ ἐπιστήμης. 37) περὶ βασιλείας. 38) περὶ φιλίας. 39) περὶ συμποσίου. 40) περὶ τοῦ ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς (καὶ ante ἀνδρὸς vulgo positum om. cod. Burbon.) καὶ γυναικός. 41) περὶ τοῦ τὸν σοφὸν σοφιστεύειν. 42) περὶ χρειῶν. 43) διατριβῶν δύο (sic cod. Burbon. et Laurent. LXIX, 35; β' vulgo). 44) περὶ ἡδονῆς. 45) περὶ ἰδίων. 46) περὶ τῶν ἀπόρων. 47) περὶ διαλεκτικῆς. 48) περὶ τρόπων (τροπῶν cod. Burbon.). 49) περὶ κατηγορημάτων. ταῦτα αὐτῷ τὰ βιβλία.

Ex argumenti ratione hanc quoque tabulam ut Zenoneam et Chrysippeam dispositam esse, nullus dubito: primo enim loco positi sunt libri φυ-

σικοῦ τόπου, ut verba in Chrysippeorum librorum catalogo apud Laertium usurpata adhibeam, secundo qui sunt ἠθικοῦ, tertio qui λογικοῦ τοπου. Primi generis sunt scripta 1—14, quorum ultima quinque ad theologica spectant; namque etiam dissertationem περὶ τοῦ ποιητοῦ in eorum numero habendam esse, ipsa eius quamvis tenui memoria (vide infra) probatur. Ethica vero inde a n. 15 usque ad 44 exhibita complectuntur etiam politica, in quibus tractandis multum fuisse Cleanthem testatur etiam Plutarchus de Stoicor. repugn. c. 2 πολλὰ μὲν ὡς ἐν λόγοις αὐτῷ Ζήνωνι, πολλὰ δὲ Κλεάνθει, πλεῖστα δὲ Χρυσίππῳ γεγραμμένα τυγχάνει περὶ πολιτείας καὶ τοῦ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν καὶ ῥητορεύειν. Ad logicam denique quinque solum pertinent libri n. 45—49.

Potest quidem dubitari, num tituli περὶ ὁρμῆς et περὶ τέχνης recte in primo ordine collocati sint: priore tamen libro qui aliunde non innotuit [1]) naturam humanam tractatam esse ita ut apte physicis assignari potuerit, efficitur et comparatione tituli Zenonei libri περὶ ὁρμῆς ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως (cf. Laert. Diog. VII 4) et fragmento Cleantheo n. 7, quo demonstratur psychologiam etiam in physicis hypomnematis tractatam esse. Altero vero libro de qua arte philosophus egerit plane incompertum habeo.

Praeterea laudatur Cleanthis liber 50) περὶ μεταλήψεως ab Athenaeo XI p. 467 d et 471 b, 51) μυθικά ab eodem XIII p. 572 e et Porphyrio vit. Pythag. 1, 52) περὶ τῶν ἀτόμων a Laertio Diogene VII 134, 53) ὑπομνήματα φυσικά a Plutarcho de Stoic. repugn. c. 8 p. 1034 f, 54) περὶ τοῦ κυριεύοντος ab Arrhiano Epict. II 19, 9, 55) ars rhetorica a Cicerone de finib. IV 3, 56) περὶ χαλκοῦ (??) a Laertio Diogene VII 14. Fraudulenter denique ficta sunt ab impostore Ps. Plutarcho in libello de fluviis 5, 3. 4 et 17, 4 scripta Θεομαχία [2]) et περὶ ὀρῶν: neque multum fidei tribuerim coniecturae, qua Cleanthis librum περὶ στοᾶς inscriptum recuperare e lacero papyro Herculanensi sibi visi sunt [3]).

Fragmenta Cleanthis quae apud scriptores veteres leguntur inter singulos libros discribere viri docti conati sunt vanis plerumque aut admodum ambiguis nixi argumentationibus neque satis recordati haud paucas reliquias ita esse comparatas ut duobus vel tribus pluribusve scriptis eodem fere iure possint assignari. Satis igitur habeo eas ex argumento potius distribuisse: pauca quae de libris ipsis certo vel probabili iudicio constitui posse videntur nunc praemitto.

---

1) Nam τὴν περὶ ὁρμῆς σύνταξιν quam Arrhian. Epictet. I 4, 14 commemorat Chrysippeam esse — cuius etiam Galen. de Hippocrat. et Platon. placit. IV 4, V p. 380 Kühn. mentionem fecit — non Cleantheam quod vulgo credunt conexu totius disputationis evincitur.

2) Hunc librum cum Meursio Krischius, theolog. p. 434 eundem esse voluit atque περὶ γιγάντων apud Laertium inscriptum.

3) Cf. Philodem. περὶ φιλοσόφων in vol. Hercul. VIII col. XIII v. 18, ubi scripserunt ὡς αἵ τ' ἀναγραφαὶ τῶν π[ι]νάκων [αἵ] τε βιβλιοθῆκαι σημαίνουσιν, [παρὰ Κλ]εάνθῃ ἐν τῷ περὶ στ[οᾶς ἐ]σ[τιν] Διογένους αὐτὴ ἡ μνήμη.

I περὶ θεῶν [1])

1. Harpocrat. v. λέσχαι (= Photius et Suidas ead. voc.) Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ θεῶν ἀπονενεμῆσθαι τῷ Ἀπόλλωνι τὰς λέσχας φησίν, ἐξέδραις δὲ ὁμοίας γίνεσθαι αὐτὰς καὶ παρ' ἐνίοις τὸν θεὸν λεσχηνόριον ἐπικαλεῖσθαι. Inde igitur Cornutus, qui non solum paullo ante laudavit Cleanthem (v. frg. 2) sed ei omnino prorsus se videtur addixisse (cf. Persium, qui Cornutum sat. V 63 sq. alloquitur his verbis: *cultor enim iuvenum purgatas inseris aures fruge Cleanthea*), deprompserit ea quae scripta sunt in libro de natura deorum cap. 32 p. 228 Gal., καὶ λεσχηνόριον δ' αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) προσηγόρευσαν διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τὰς δὲ νύκτας καθ' ἑαυτοὺς ἀναπαύεσθαι.

2. Cornut. de natur. deor. c. 31 p. 223 Gal. τοὺς δὲ δώδεκα ἄθλους ἐνδέχεται μὲν ἀναγαγεῖν οὐκ ἀλλοτρίως ἐπὶ τὸν θεὸν (Ἡρακλῆ), ὡς καὶ Κλεάνθης ἐποίησεν.

3. Schol. Homer. Γ 64 (BDL ap. Bekker. p.99 b 23 = cod. Townl. et Paris. 2556 ap. Cramer. an. Paris. IV p. 281) χρυσῆς Ἀφροδίτης] Κλεάνθης δὲ (Ἀπλεάνθης δὲ καὶ ap. Cramer.) ἐν Λέσβῳ οὕτω τιμᾶσθαι χρυσῆν Ἀφροδίτην.

4. Macrob. Saturn. I 17, 8 *Cleanthes (scribit solem* Ἀπόλλωνα *cognominatum)* ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου, *quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus.*

5. Idem ibid. 17, 31 Λοξίας *cognominatur (Apollo) . . . ut Cleanthes scribit,* ἐπειδὴ καθ' ἕλικας κινεῖται· λοξαὶ γάρ εἰσι καὶ αὗται, *quod flexuosum iter pergit.* Cf. Cornut. de nat. deor. c. 32 p. 226 Gal. Λοξίας ὠνόμασται (Ἀπόλλων) . . ἀπὸ τῆς λοξότητος τῆς πορείας, ἣν ποιεῖται διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου.

6. Idem ibid. 17, 36 *Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quod veluti lupi pecora rapiunt, ita ipse quoque humorem eripit radiis.*

7. Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 66 p. 377 d Περσεφόνην δέ φησί που Κλεάνθης τὸ διὰ τῶν καρπῶν φερόμενον καὶ φονευόμενον πνεῦμα.

8. Plutarch. de commun. notit. c. 31 p. 1075 b Χρύσιππος καὶ Κλεάνθης ἐμπεπληκότες ὡς ἔπος εἰπεῖν τῷ λόγῳ θεῶν τὸν οὐρανὸν τὴν γῆν τὸν ἀέρα τὴν θάλατταν οὐδένα τῶν τοσούτων ἄφθαρτον οὐδ' ἀίδιον ἀπολελοίπασι, πλὴν μόνου τοῦ Διὸς, εἰς ὃν πάντας καταναλίσκουσι τοὺς ἄλλους· ὥστε καὶ τούτῳ τὸ φθείρειν προσεῖναι τοῦ φθείρεσθαι μὴ ἐπιεικέστερον . . . . ταῦτα δὲ οὐχ ὡς ἄλλα πολλὰ τῶν ἀτόπων . . . . τοῖς δόγμασιν ἕπεται, ἀλλ' αὐτοὶ μέγα βοῶντες ἐν τοῖς περὶ θεῶν καὶ προνοίας εἱμαρμένης τε καὶ φύσεως γράμμασι (scripsit Chrysippus περὶ θεῶν, περὶ προνοίας, περὶ εἱμαρμένης, περὶ φύσεως, Cleanthes quantum scimus solum περὶ θεῶν) διαρρήδην λέγουσι τοὺς ἄλλους

---

1) Ad hunc librum rettulit Mohnikius, *Kleanthes der Stoiker* I p. 50 et 96 senarios iambicos a Clemente servatos (cf. Krisch. p. 420 sq.), hymnum Iovis Petersenus in prooem. ind. schol. Hamburg. 1829 p. 3 et Krischius p. 422, ea quae testibus Cicerone, Chalcidio aliis de deorum natura Cleanthes praecepit Osannus in edit. Cornuti p. LX n. ** et Krischius p. 418.

θεοὺς ἅπαντας εἶναι γεγονότας καὶ φθαρησομένους ὑπὸ πυρός, τηκτοὺς κατ' αὐτοὺς ὥσπερ κηρίνους ἢ καττιτερίνους ὄντας .... ἔτι τοίνυν ἐπαγωνιζόμενος ὁ Κλεάνθης τῇ ἐκπυρώσει λέγει τὴν σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα τὸν ἥλιον ἐξομοιῶσαι πάντα ἑαυτῷ καὶ μεταβαλεῖν εἰς ἑαυτόν.

9. Philodem. de pietate col. VI v. 16 sq. (quae Sauppius in prooem. ind. lect. Gotting. aestiv. 1864 p. 8 ita restituit): [ἐν δ]ὲ τῷ δευτέρ[ῳ] (sc. περὶ θεῶν Χρύσιππος) τά τ[ε] εἰς Ὀρφέα [καὶ Μ]ουσαῖον ἀναφε[ρόμεν]α καὶ [τ]ὰ παρ' [Ὁμ]ήρῳ καὶ Ἡσιόδ[ῳ] καὶ Εὐρι[πί]δῃ κ[αὶ] ποιητα[ῖ]ς ἄλλοις, [ὡ]ς κα[ὶ] Κλεάνθης, [π]ειρᾶται [συ]νο[ι]κειο[ῦν] ταῖς δόξαις.

10. Macrob. Saturn. I 18, 12 *Orpheus quoque* (apud Lobeck. Aglaopham. p. 497 sq.) *solem volens intellegi ait inter cetera* τήκων αἰθέρα δῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα, | ἐξανέφηνε θεοῖσιν ὁρᾶν κάλλιστον ἰδέσθαι | ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον | .... | πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη, | οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον | ... Διόνυσον *(dixit solem), ut ipse vates ait,* ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, *id est quod circumferatur in ambitum, unde Cleanthes ita cognominatum scribit* ἀπὸ τοῦ διανύσαι, *quia cotidiano impetu ab oriente ad occasum diem noctemque faciendo caeli conficit cursum.*

II μυθικά[1] (?)

11. Athen. XIII p. 572e πόρνης Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστι παρὰ Ἀβυδηνοῖς, ὥς φησι Πάμφιλος· κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δουλείᾳ τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύσαντας, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας ἑταίρας πλείονας προσλαβεῖν, ὧν μίαν κατακοιμηθέντας αὐτοὺς ἰδοῦσαν ἀνελομένην τὰς κλεῖς καὶ τὸ τεῖχος ὑπερβᾶσαν ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀβυδηνοῖς. τοὺς δ' αὐτίκα μεθ' ὅπλων ἀφικομένους ἀνελεῖν μὲν τοὺς φύλακας, κρατήσαντας δὲ τῶν τειχῶν καὶ γενομένους ἐγκρατεῖς τῆς ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ πόρνῃ ἀποδιδόντας, Ἀφροδίτης πόρνης ναὸν ἱδρύσασθαι.

12. Porphyr. vit. Pythag. 1 p. 14, 5 Nauck. Κλεάνθης δ' ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν Σύρον ἐκ Τύρου (sic Holstenius pro Πύρρου, Nauck ci. Κύρρου) τῆς Συρίας (Mnesarchum patrem Pythagorae esse dicit). σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ' ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ ἀποδόμενον τιμηθῆναι πολιτείᾳ. Id. ibid. 2 p. 14, 2 Nauck. λέγει δ' ὁ Κλεάνθης, ἄλλους εἶναι οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυρρηνὸν (sic Holstenius pro πυρρινόν) ἀποφαίνονται τῶν τὴν Λῆμνον ἐποικησάντων, ἐντεῦθεν δὲ κατὰ πρᾶξιν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι καὶ ἀστὸν γενέσθαι· πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν συμπλεύσαντα τὸν Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῇ σφόδρα οὖσαν εὐδαίμονα καὶ τόθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι. καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο Εὔνοστον καὶ Τυρρηνὸν πρεσβυτέρους. Clem. Alex. strom. I p. 129 Sylb. ὡς δὲ Κλεάνθης (libri Νεάνθης), Σύριος ἢ Τύριος (fuit Pythagoras). Theodoret. Graec. aff. cur. p. 8, 43 ὁ δὲ Κλεάνθης (libri Νεάνθης) Τύριον (Πυθαγόραν) ὀνομάζει.

1) Ad hunc librum referendum esse Diogenis titulum ἀρχαιολογία credit Menagius ad Laert. l. s.; Muellerus, frg. hist. Gr. II p. 5. 9. 11 potius Neanthis Cyziceni τὰ κατὰ πόλιν μυθικά (cf. Plutarch. quaest. symp. I 10) utroque loco significata esse arbitratur, fortasse recte.

III ὑπομνήματα φυσικά

13. Plutarch. de Stoic. repugn. c. 7 p. 1034 f ὁ δὲ Κλεάνθης ἐν ὑπομνήμασι φυσικοῖς εἰπών, ὅτι „πληγὴ πυρὸς ὁ τόνος ἐστὶ, κἂν ἱκανὸς ἐν τῇ ψυχῇ γένηται πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα ἰσχὺς καλεῖται καὶ κράτος“, ἐπιφέρει κατὰ λέξιν· „ἡ δ' ἰσχὺς αὕτη καὶ τὸ κράτος ὅταν μὲν ἐπὶ τοῖς ἐπιφανέσιν ἐμμενετέοις ἐγγένηται, ἐγκράτειά ἐστιν· ὅταν δ' ἐν τοῖς ὑπομενετέοις, ἀνδρεία· περὶ τὰς ἀξίας δὲ, δικαιοσύνη· περὶ τὰς αἱρέσεις καὶ ἐκκλίσεις, σωφροσύνη“. Cf. Stob. ecl. II 6, 5 p. 32, 22 Mein. ὥσπερ ἰσχὺς τοῦ σώματος τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν νεύροις, οὕτω καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἰσχὺς τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν τῷ κρίνειν καὶ πράττειν καὶ μή.

IV περὶ τῶν ἀτόμων[1]

14. Laert. Diog. VII 134 δοκεῖ δ' αὐτοῖς (Stoicis) ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λογον τὸν θεόν· τοῦτον γὰρ ἀίδιον ὄντα διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. τίθησι δὲ τὸ δογμα τοῦτο Ζήνων μὲν ὁ Κιτιεὺς ἐν τῷ περὶ οὐσίας, Κλεάνθης δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτόμων κτλ.

V πρὸς Ἀρίσταρχον

15. Plutarch. de facie in orb. lun. c. 6 p. 923 a. Ἀρίσταρχον ᾤετο δεῖν Κλεάνθης τὸν Σάμιον (mathematicum, qui primus inter Graecos contendit terram circa solem volvi) ἀσεβείας προςκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς κινοῦντα τοῦ κόσμου τὴν Ἑστίαν, ὅτι [τὰ] φαινόμενα σώζειν ἀνὴρ ἐπειρᾶτο μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν, ἅμα καὶ περὶ τὸν αὐτῆς ἄξονα δινουμένην.

VI περὶ τοῦ ποιητοῦ

Hunc librum in interpretando Homero versari rectissime post Fabricium in biblioth. Gr. vol. III p. 552 ed. Harles. Krischius theolog. p. 433 perspexit; ei igitur assigno haec:

16. Certamen Homer. et Hesiod. p. 4, 18 ed. Nietzsch. (in act. societ. philol. Lips. tom. I fasc. 1) Ἑλλάνικος μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθης Μαίονα (sic coni. Sturz, Hellanic. frg. p. 171 et Welcker, ep. cycl. p. 149 pro βιονα) λέγουσι (πατέρα Ὁμήρου).

17. Plutarch. de audiend. poet. c. 11 p 31 d δεῖ τὴν μὲν Κλεάνθους παιδίαν παραιτεῖσθαι· κατειρωνεύεται γὰρ ἔστιν ὅτε προςποιούμενος ἐξηγεῖσθαι τὸ „Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων“ καὶ τὸ „Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε“ κελεύων ἀναγινώσκειν ὑφ' ἓν ὡς τὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιώμενον ἀέρα διὰ τὴν ἀνάδοσιν Ἀναδωδωναῖον ὄντα. cf. schol. BL Homer. Π 233 Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε] τινὲς δὲ ἀναδωδωναῖε ὑφ' ἓν παρὰ τὴν ἀνάδοσιν τῶν ἀγαθῶν (?)

1) Eundem hunc librum esse voluerunt Mohnikius p. 109 et Krischius p. 430 atque quem scripsit Cleanthes πρὸς Δημόκριτον.

18. Schol. H Homer. α 52 *Ἄτλαντος ὀλοόφρονος*] *Κλεάνθης δασύνει* (sc. *ὁλοόφρονος*) *τοῦ περὶ τῶν ὅλων φρονοῦντος ἴδιον οὕτως νοήσας* (sic coni. Dindorf cum ultimi vocabuli in codice nihil appareat nisi litterae *ησϑ*). Eustath. in Homer. p. 1389, 55 *τὸν Ἄτλαντα . . . . οἱ μὲν ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν ἀκάματον καὶ ἀκοπίατον πρόνοιαν τὴν πάντων αἰτίαν καὶ ὁλοόφρονα τὸν τοιοῦτον Ἄτλαντα νοοῦσιν ὡς τὸν ὑπὲρ ὅλων φρονοῦντα ἤγουν τῶν ὅλων φροντιστικόν. διὸ καὶ ὁ Κλεάνθης ὥς φασιν ἐδάσυνε τὸ ō τῆς ἀρχούσης.* Cf. Cornut. de nat. deor. c. 26 p. 202 Gal. *ὁλοόφρονα δ' αὐτὸν* (*Ἄτλαντα*) *εἰρῆσθαι διὰ τὸ περὶ τῶν ὅλων* (an *τοῦ ὅλου?*) *φροντίζειν καὶ προνοεῖσθαι τῆς πάντων αὐτοῦ τῶν μερῶν σωτηρίας.*

19. Apollon. soph. lex. Homer. p. 114 ed. Bekk. v. *μῶλυ* (κ 305). *Κλεάνθης δὲ ὁ φιλόσοφος ἀλληγορικῶς φησι δηλοῦσθαι τὸν λόγον, δι' οὗ μωλύονται αἱ ὁρμαὶ καὶ τὰ πάθη.*

VII *προτρεπτικός*

20. Laert. Diog. VII 91 *διδακτήν τε εἶναι αὐτήν, λέγω δὲ τὴν ἀρετήν, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τέλους φησὶ καὶ Κλεάνθης καὶ Ποσειδώνιος ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς.*

VIII *περὶ ἡδονῆς* libri duo

21. Laert. Diog. VII 87 *πρῶτος ὁ Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν· ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις· ὁμοίως δὲ καὶ Κλεάνθης ἐν τοῖς περὶ ἡδονῆς καὶ Ποσειδώνιος κτλ.*

22. Sext. Empir. adv. mathem. XI 73 *Κλεάνθην μὲν μήτε κατὰ φύσιν αὐτὴν* (*τὴν ἡδονὴν*) *εἶναι μήτε ἀξίαν ἔχειν* (*αὐτὴν* hic in codd. positum Bekkerus delevit) *ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ δὲ τὸ κάλλυντρον κατὰ φύσιν μὴ εἶναι.*

23. Clemens Alex. stromat. II 22 p. 417 d Syll., p. 499, 7 Pott. *Κλεάνθης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἡδονῆς τὸν Σωκράτην φησὶ παρ' ἕκαστα διδάσκειν, ὡς ὁ αὐτὸς δίκαιός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ τῷ πρώτῳ διελόντι τὸ δίκαιον ἀπὸ τοῦ συμφέροντος καταρᾶσθαι ὡς ἀσεβές τι πρᾶγμα δεδρακότι.*

24. Cicero de deor. natura I 14, 37 *idemque* (*Cleanthes*) *. . . in eis libris quos scripsit contra voluptatem, tum fingit formam quandam et speciem deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius.*

IX *περὶ τοῦ κυριεύοντος*[1])

25. Arrhian. Epictet. II 19, 8 *κἀγὼ περὶ τοῦ κυριεύοντος τί ἄλλο ἔχω ἀνωτέρω; . . . γέγραφε δὲ καὶ Χρύσιππος θαυμασιῶς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ δυνατῶν· καὶ Κλεάνθης δ' ἰδίᾳ γέγραφε περὶ τούτου καὶ Ἀρχέδημος. γέγραφε*

1) Praeter alios etiam Krischius n. 5 ad p. 426 et Prantelius, *Gesch. d. Logik im Abendl.* I p. 404 n. 10 opinati sunt, huic libro inscriptum fuisse *περὶ δυνατῶν.*

δὲ καὶ Ἀντίπατρος, οὐ μόνον δ' ἐν τοῖς περὶ δυνατῶν ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς περὶ τοῦ κυριεύοντος.

26. Arrhian. l. l. 19, 1 *ὁ κυριεύων λόγος ἀπὸ τοιούτων τινῶν ἀφορμῶν ἠρωτῆσθαι φαίνεται· κοινῆς γὰρ οὔσης μάχης τοῖς τρισὶ τούτοις πρὸς ἄλληλα τῷ „πᾶν παρεληλυθὸς ἀληθὲς ἀναγκαῖον εἶναι“ καὶ τῷ „δυνατῷ ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν“ καὶ τῷ „δυνατὸν εἶναι ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθὲς οὔτ' ἔσται“· συνιδὼν τὴν μάχην ταύτην ὁ Διόδωρος* (Megaricus) *τῇ τῶν πρώτων δυοῖν πιθανότητι συνεχρήσατο πρὸς παράστασιν τοῦ „μηδὲν εἶναι δυνατὸν ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθὲς οὔτ' ἔσται“. λοιπὸν ὁ μέν τις ταῦτα τηρήσει τῶν δυοῖν, ὅτι „ἔστι τέ τι δυνατόν, ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθές, οὔτ' ἔσται“ καὶ „δυνατῷ ἀδύνατον οὐκ ἀκολουθεῖ, οὐ πᾶν δὲ παραληλυθὸς ἀληθὲς ἀναγκαῖόν ἐστι“, καθάπερ οἱ περὶ Κλεάνθην φέρεσθαι δοκοῦσιν οἷς ἐπιπολὺ συνηγόρησεν Ἀντίπατρος.* cf. eundem II 19, 5 et Ciceronem de fato 7, 14 *omnia vera in praeteritis necessaria sunt, ut Chrysippo placet, dissentienti a magistro Cleanthe, quia sunt immutabilia nec in falsum e vero praeterita possunt convertere.*

X *περὶ μεταλήψεως*

27. Athen. XI p. 467 d *Κλεάνθης ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ μεταλήψεως ἀπὸ τῶν κατασκευασάντων φησὶν ὀνομασθῆναι τήν τε Θηρίκλειον κύλικα καὶ τὴν δεινιάδα.*

28. Idem XI p. 471 b *Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ μεταλήψεως συγγράμματί φησι „τὰ τοίνυν εὑρήματα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔτι καὶ τὰ λοιπά ἐστιν, οἷον Θηρίκλειος, δεινιὰς, ἰφικρατίς, ταῦτα* (*γαρ* hic positum delet Meinek.) *πρότερον συνιστορεῖ* (sic scripsi pro *συνιστορεῖν*) *τοὺς εὑρόντας, φαίνεται δ' ἔτι καὶ νῦν· εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τοῦτο, μεταβεβληκὸς ἂν εἴη μικρὸν τοὔνομα. ἀλλα, καθάπερ εἴρηται, οὐκ ἔστι πιστεῦσαι τῷ τυχόντι“.*

XI ars rhetorica

29. Cicero de finib. IV 3, 7 *scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.*

XII *περὶ χαλκοῦ*

Titulum integrum esse vix crediderim: Casaubonus (ad Laert. Diog. VII 175) coni. *περὶ χάριτος*, Menagius ibid. et Fabricius bibl. Gr. III p. 553 Harles. *περὶ χρόνου*, quod etiam Mohnikius p. 90 probavit: fortasse *περὶ χρειῶν* scribendum et coniciendum est, in hoc libro (vide Laert. Diog. l. l.) similiter Cleanthem Zenonis magistri dicta et facta memorabilia narrasse atque Zeno Cratetis magistri apomnemoneumata rettulit in libro *χρεῖαι* inscripto (cf. Laert. Diog. VI 91).

30. Laert. Diog. VII 14 *ἐνίους* (num *ἐνίοτε?*) *δὲ καὶ χαλκοῦ* (scripsi pro *χαλκὸν*) *εἰςέπραττε* (*Ζήνων*) *τοὺς περιισταμένους τὸ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν, καθά φησι Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ χαλκοῦ.*

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

FRID. EHRENFEUCHTER, Dr., publice *Exercitationes Regii Seminarii homiletici* moderari perget die Saturni h. IX—X, XI—XII. Privatim *vitam Jesu Christi* enarrabit quaternis scholis diebb. Lun., Mart., Jov., Vener. h. XII—I. *Introductionem in theologiam, conjunctam cum conspectu theologiae encyclopaedico* proponet quaternis scholis iisdem diebus h. III—IV.

LUDOV. DUNCKER, Dr., privatim *Historiae ecclesiasticae partem alteram* tradet sexies p. hebd. h. VIII—IX; *Historiam dogmatum* senis scholis docebit h. VII—VIII mat.

LUDOV. SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* seminarii practico-theologici moderabitur die Merc. h. VI—VII et die Sat. h. IX—XI; privatim *Dogmatices partem alteram* (Christologiam, Soteriologiam et Eschatologiam) sexies per hebd. h. XII—I; *Catecheticen et Homileticen* diebb. Lun. et Mart. h. V—VI et *Liturgicen* diebb. Jov. et Ven. h. V—VI tradet. Praeterea *Societatem theologicam* die Mart. h. VI—VIII moderabitur.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici exercitationes* die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur. Privatim *Pauli ap. epistolas* (exc. ad Rom. Tim. Tit.) summatim quinis dd. h. XI—XII explicabit et *Theologiam Novi Testamenti* quinis diebus h. XII—I tradet. *Societatem exegeticam* die Martis h. VI—VII instituet, in qua primam S. Joannis ep. explicandam proponet.

JULIUS WAGENMANN, Dr., publice *Exercitationes catecheticas* moderabitur die Saturni h. III—IV; privatim *Historiae ecclesiasticae partem priorem* senis scholis h. VIII—IX; *Historiam ecclesiasticam seculi XIX.* quaternis scholis h. VII—VIII tradet; *Reformationis historiam* binis scholis h. VII—VIII publice enarrabit. *Societatem theologicam historicam* moderari perget die Veneris h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Theologiae dogmaticae partem priorem* quinquies h. VIII tradet. *Epistolam Pauli ad Romanos* item quinquies h. IX interpretabitur.

b. *Professorum extraordinariorum.*

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *tria priora Evangelia* interpretabitur senis p. hebd. lectionibus h. IX—X. — *Isagogen in Novum Testamentum* tradet quinquies per hebd. h. XI—XII.

THEOD. ZAHN, Dr., *Introductionem in Novum Testamentum* quinis per hebdom. lectionibus tradet h. XI; *Pauli epistolas ad Corinthios* quinis per hebdom. scholis h. IX interpretabitur.

c. *Privatim docentis.*

BERNH. DUHM, Lic., *librum Geneseos* quinquies interpretabitur hora X—XI.

d. *Sodalium collegii repetentium.*

Conversatoria systematica historica exegetica more sueto in contubernio theologico die Lunae h. VI habebuntur.

LUDOV. LEMME *principia hermeneutices Novi Testamenti* gratis tradet die Martis h. VI. HERM. GUTHE et FERD. KATTENBUSCH *libros aliquot Veteris Novique Testamenti* posthac accuratius annuntiandos cursim et gratis interpretabuntur.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

GEORG. JUL. RIBBENTROP, Dr., privatim tradet *Pandectarum partem de rebus* sexies per hebd. h. X—XI; *nonnulla historiae juris Romani capita* publice bis per hebd. dieb. Martis et Veneris h. V—VI.

HENR. ALB. ZACHARIAE, Dr., tradet *Ius criminale Germaniae commune* sexies per hebdom. h. XI. — *Ius publicum civitatum Germanicaram commune* sexies p. hebd. h. XII.

H. C. BRIEGLEB, Dr., *Collegium processuale practicum* diebus Martis et Veneris h. IV—V et h. V—VI instituet.

HENRICUS THÖL, Dr., tradet *Jus mercaturae* e libro suo (das Handelsrecht, das Wechselrecht) quinquies hora VIII—IX; *Jus germanicum cum jure feudorum* sexies p. hebd. h. VII—VIII et d. Sat. h. VIII—IX et XII—I.

RUDOLPHUS DE IHERING, Dr., tradet *Institutiones conjunctas cum historia juris Romani* quinquies h. IX—XI; *Exercitationes exegetico-practicas* moderabitur dieb. Lun., Merc., Ven. h. XII—I.

OTTO MEJER, Dr., publice *Historiam vicissitudinum* narrabit, quas constitutio Germaniae inde ab initio hujus saeculi experta est, d. Mercurii h. XI; privatim docebit *Jus ecclesiasticum* tam Evangelicorum, quam Catholicorum, duce libro suo (Lehrbuch des Kirchenrechtes, Göttingen 1869), quinquies per hebd. h. X; *Encyclopaediam juris* quater per hebd. h. XI.

O. E. HARTMANN, Dr., quotidie h. XI—XII et XII—I *Pandectas* tradet excepta doctrina de dominio et iuribus in re, quam vir perillustris GEORG JUL. RIBBENTROP explicabit. *Theoriam processus civilis* sexies per hebd. h. X—XI et binis horis aliis auditoribus commodis docebit.

RICARDUS GUILELMUS DOVE, Dr., privatim *Historiam juris Germanici* quotidie h. XI—XII tractabit.

CAROLUS ZIEBARTH, Dr., privatim *Processum criminalem Germaniae* quater per hebd. dd. Lunae, Martis, Merc., Jovis h. XI docebit. *Doctrinam juris communis de hereditatibus* quinquies h. IX tradet. *Jus civile Borussicum* dd. Lunae et Jovis h. IV—VI explicabit. Publice *Historiam processus criminalis* d. Veneris h. XI enarrabit.

FERDIN. FRENSDORFF, Dr., tradet: *Encyclopaediam juris* quater per hebd. h. VIII—IX; *Jus Gentium* ter p. hebd. h. IX—X; *Historiam rei municipalis apud Germanos* ter p. hebd. h. XII—I. *Exercitationes ad fontes juris Germanici tam antiquioris quam recentioris temporis spectantes* d. Lunae h. VI publice instituet.

b. *Professoris extraordinarii.*

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Jus privatum Germanicum* cum jure feudorum et mercaturae h. VII—IX. tradet.

c. *Privatim docentis.*

ALB. TH. VAN KRIEKEN, Dr. jur. et phil., *de republica doctrinam* bis p. h. gratis docebit; *philosophiae juris secundum rationem inductivam tempore nostro tractatae historiam* semel p. h. gratis tradet.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

CAROL. FRIDER. HENR. MARX, Dr., privatim h. III—IV diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris *Pharmacologiam* s. doctrinam de Remediorum effectibus atque usu, nec non artem formulas medicas concinnandi tradet.

FRIDER. WÖHLER, Dr., in laboratorio academico una cum professoribus DE USLAR et HÜBNER *Praxin chemicam* docebit.

GUILELM. BAUM, Dr., publice *Doctrinam de ossibus fractis et luxatis* d. Merc. et Saturni h. II; privatim *Chirurgiae partem priorem* docebit quinquies h. IV d. Saturni h. III; *Scholas clinicas et policlinicas chirurgicas* diriget quotidie h. IX. *Exercitationes operationum chirurgicarum* diriget quoties cadavera aderunt, quotidie h. V.

J. HENLE, Dr., *Anatomiae systematicae partem alteram* (Angiologiam et neurologiam) quotidie h. XII—I; *Anatomiam generalem* dieb. Lunae, Mercurii, Veneris h. XI—XII.

AUGUSTUS GRISEBACH, Dr., h. VII *Botanicen tam generalem quam specialem* explicabit et *excursionibus* botanicis plantarumque horti academici *demonstrationibus* illustrabit; h. VIII quater per hebdom. *Plantas officinales* demonstrabit. *Exercitationes practicas ad Botanicen systematicam spectantes* gratis offert.

C. E. HASSE, Dr., *Pathologiam et Therapiam specialem* quater d. Mart., Mercurii, Jovis et Veneris h. VII tradet. *Scholam clinicam et policlinicam* quotidie h. X dimidia —XII moderari perget.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) quotidie tradet h. X; *Physiologiam generationis et Embryologiam* die Veneris h. V—VII docebit et demonstrationibus illustrabit; *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERMANNUS SCHWARTZ, Dr., *Gynaecologiam* docebit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. III. *Exercitationes clinicas obstetricio-gynaecologicas* moderabitur diebb. Lun., Mart., Jovis et Veneris h. VIII.

L. MEYER, Dr., exponet *de morbis psychicis* diebus Merc. et Saturni h. III—IV; more solito *Scholas clinicas psychiatricas* moderabitur dieb. Lunae et Jovis h. IV—VI.

TH. LEBER, Dr., privatim *Ophthalmologiam* dd. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. III—IV; *Exercitationes ophthalmiatricas clinicas* dd. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XII—I. *Exercitationes ophthalmoscopicas* diebb. Merc. et Sat. h. XII—I.

b. *Professorum extraordinariorum.*

E. A. G. HIMLY, Dr., postquam ex morbo convaluerit, lectiones *de Physiologia et Anatomia comporata* indicabit.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* tradet, eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit sexies per hebd. h. X—XI. De *Trichina spirali et Trichinosi*, demonstrationum praesidio, disseret privatissime et gratis die Lunae h. XI—XII.

A. KRAEMER, Dr., tradet *Pathologiam et Therapiam generalem* diebb. Lunae, Martis et Jovis h. IV. *De morbis cutis et venereis* dieb. Mercur. et Veneris h. IV disseret.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Pathologiam generalem* d. Lunae et Jovis h. IV—V; *Anatomiam pathologicam specialem* d. Mart., Merc. et Vener. h. IV—V; *Anatomiam pathologicam forensem* publice d. Mart. h. V—VI. *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico consueto more continuabit.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Exercitationes clinicas chirurgicas* h. IX—X diriget; *Chirurgiam generalem* h. IV—V quotidie, *de morbis organi auditus* bis per hebd. h. VIII—IX leget.

THEOD. HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam universam* una cum *arte formulas medicas rite concinnandi* adjectis demonstrationibus pharmacognosticis experimentisque pharmacodynamicis et toxicologicis quinquies per hebd. h. III—IV vel alia hora commoda docebit. Publice *exercitationes formulas medicas rite scribendi* die Lunae h. II—III moderabitur. *Exercitationes et disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* privatissime sed gratis moderari praesto erit.

GUILELMUS MARMÉ, Dr., *Pharmacologiam* (materiam medicam) experimentis et demonstrationibus illustratam nec non *artem formulas medicas rite concinnandi* quater per hebd. h. V; *Pathologiam et Therapiam generalem* quater p. hebd. h. XII et *Electrotherapiam partem secundam* ter per hebd. hora II privatim docet. *Selecta toxicologiae capita* experimentis explicata semel per hebd. die Jovis hora VI publice tradet et *Disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* in instituto pharmacologico sueto more moderari perget.

c. *Privatim docentium.*

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae partes singulas* nec non *Pharmaciam* privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., quater p. hebd. horis postea indicandis *auscultationem et percussionem* tradet adjunctis exercitationibus practicis.

J. ROSENBACH, Dr., docebit *artem rite artuum chirurgice obligandarum* ter p. hebd. privatim; *doctrinas quasdam e chirurgia generali electas* gratis; *Repetitiones chirurgiae specialis* privatim.

CAROLUS HARTWIG, Dr., demonstrabit *Operationes obstetricias* privatim bis per hebd. h. VIII—IX diebus Merc. et Saturni; *de morbis puerperarum* exponet gratis bis p. hebd. horis commodis.

ALBERTUS DE BRUNN, Dr., *Osteologiam et Syndesmologiam* d. Martis, Jovis, Saturni h. XI—XII tradet; *Exercitationes microscopicas* in theatro anatomico habebit quater per hebd.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

G. C. J. ULRICH, Dr., *Geometriam practicam* adjunctis excursionibus docebit h. V—VII dieb. Lunae, Martis, Jovis, Veneris. *Hydrostaticam* tradet h. X quater per hebd.

CAROLUS HOECK, Dr., quinquies per hebd. *historiam literariam universam* tradet.

GUILELMUS WEBER, Dr., per aestatem scholas non habebit.

F. TH. BARTLING, Dr., *Botanicen specialem praemissis bot. generalis elementis* sexies per hebd. hor. VII tradet. *Floram indigenam* quinquies per hebd. h. VIII illustrabit. *Excursiones* sueto more instituet. *Demonstrationes in horto academico* hora commoda habebit.

G. HANSSEN, Dr., *Theoriam oeconomiae nationalis* (Volkswirthschaftslehre) quinis scholis h. IX—X docebit; *Statisticam oeconomiae nationalis* (volkswirthschaftliche Statistik) ter per hebd. hor. def. tradet. Privatissime sed gratis *exercitationes camerales* binis horis instituet.

AUGUST. GUILELM. BOHTZ, Dr., *Historiam Germanorum literariam inde a Lessingio usque ad nostra tempora* diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XI—XII tradet; *Psychologiam* diebus Lunae, Martis et Jovis h. IV—V docebit.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr. phil., publice Seminarii regii philologici sodalibus *Homeri Iliad.* XXII interpretandum proponet, dd. Lunae et Martis, h. XI—XII; in Proseminario *Homeri Odyss.* VIII tractabit d. Mercurii h. X—XI. — Privatim *Catulli et Propertii carmina* interpretabitur quater p. hebd. h. X—XI.

G. WAITZ, Dr., quater h. VIII—IX *Historiam medii aevi* tradet; h. IV—V *Antiquitates Germanicas* tradet et *Taciti Germaniam* interpretabitur. Publice *exercitationes historicas* instituet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., sexies h. X—XI *librum prophetae Jesaiae* interpretabitur; publice dieb. Mart. et Ven. h. II—III *Grammaticam linguae chaldaicae* docebit et *partem chaldaicam libri Danielis* explicabit; semel die Jovis h. II—III *selecta Corani capita* interpretanda proponet.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., quatt. dd. hor. X—XI *Metaphysicam*, quatt. dd. hor. IV—V *Philosophiam practicam* docebit.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Mineralogiam* tradet h. XI—XII quinquies per hebd. *Exercitationes practicas ad mineralogiam et crystallographiam spectantes* moderari perget.

IOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., *Opticen tam geometricam quam physicam* tradet quater per hebd. h. XII; *Colloquia physica* moderabitur die Sat. h. XI—I; *Exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico dirigere perget die Merc. h. XI; *de oculo ac microscopio* privatissime aget binis horis commodis.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., privatissime *elementa linguae Arabicae* docebit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Seminarii Regii archaeologici sodalibus selecta artium opera* explicanda proponet, d. Saturni, h. XII—I; privatim *Historiam artium plasticarum a Graecis et Romanis cultarum* tradet, ternis scholis, h. X—XI, *Hesiodi Theogoniam* interpretabitur, eo imprimis fine, ut in mythologiam Graecam introducat, binis vel ternis scholis, h. VIII—IX; privatissime *Commentationes a sodalibus Semin. archaeol. scriptas* recensebit.

J. E. WAPPÄUS, Dr., *Capita selecta Geographiae comparativae* tradet dieb. Mart., Merc. et Saturn. h. XI—XII.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae theotiscae historicam* tradet quinis scholis h. III; *Parzivâl*, carmen *Wolframi ab Eschenbach* ex editione Lachmanni explicabit quaternis scholis h. V; *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus seminarii regii philologici *dialogum de oratoribus*, qui Taciti esse existimatur, dd. Mercurii et Jovis, h. XI—XII, proseminarii philologici *Ciceronis Brutum* d. Merc., h. II—III, explicandum proponet; *exercitationes* seminarii regii paedagogici dd. Lunae et Saturni h. XI—XII reget; privatim *Aeschyli Persas* dd. Lunae Martis Jovis Veneris h. IX—X explicabit; *artem grammaticam sermonis latini* eisdem diebus h. VII matutina exponet.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII—IX *Doctrinam de re pecuaria;* quater per hebd. iisdem dieb. h. X—XI *Theoriam de rationali rerum rusticarum organisatione;* publice bis p. hebd. horis commodis *pratorum culturam* tradet. *Excursiones* ad theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., tradet *Calculum differentialem atque integralem* quinquies per hebd. h. VII; *Calculum variationum* ter p. hebd. dieb. Mart., Merc. et Jov. h. VIII.

TH. BENFEY, Dr., h. V—VI diebb. Lunae, Martis et Jovis *Grammaticam linguae Sanscritae*; h. V—VI diebb. Merc. et Veneris et h. XII—I d. Saturni *Chrestomathiae suae Sanscriticae partem primam* interpretabitur; h. IV—V diebus Lun. et Jov. *Rigvedam* interpretabitur.

H. BRUGSCH, Dr., ab itinere redux scholas indicabit.

THEODORUS MÜLLER, Dr., privatim *Grammaticam linguae anglosaxonicae* tradet et *Beowulfum* explicabit, diebb. Lunae, Martis et Jovis h. IX—X; *Exercitationes francogallicas et anglicas* instituet, illas dd. Lunae, Martis et Mercurii, has diebb. Jovis, Veneris et Saturni h. XII—I; publice in societate romanica *linguae italicae elementa* docebit die Vener. h. IX—X.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Functiones complexae quantitatis variabilis, imprimis functiones Abelianas et Riemannianas* quater p. hebd. h. XII—I tractabit. *Hypotheses geometriae Euclidis* die Merc. h. IX publice exponet. In Seminario mathematico-physico *exercitationes mathematicas* instituet. *Societatem mathemathicam* hora commoda privatissime moderari perget.

CURTIUS WACHSMUTH, Dr., publice sodalium seminarii regii philologici et proseminarii philologici *exercitationes commentandi et disputandi* reget, seminarii die Vener. h. XI—XII, proseminarii die Saturni h. XI—XII; *exercitationes in historia antiqua* moderabitur d. Lunae h. VI—VIII; privatim *geographiam et ethnographiam veterum* tradet quinquies h. XII—I.

PAULUS DE LAGARDE, Theol. et Phil. Dr., privatim quater hora X *grammaticae hebraicae partem etymologicam* docebit; publice solito more *arabica aut syriaca legentibus* auxilio esse perget, horis definiendis.

JULIUS BAUMANN, Dr., privatim *logica* docebit adjuncta interpretatione elementorum logices aristoteleae, quae Trendelenburg composuit, dieb. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. VIII; *historiam philosophiae veteris* explicabit dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. V; publice cum societatum sodalibus partim *e Kantianis purae rationis criticis caput de aesthetica transcendentali* d. Lunae h. VI, partim librum secundum *Physicorum Aristotelis* d. Veneris h. VI pertractabit.

GEORGIUS REINHOLDUS PAULI, Dr., *Historiam rerum publicarum Anglorum* explicabit quaternis horis IX—X; *Historiam universalem aevi recentioris necnon bellorum pro rebus sacris susceptorum* tradet quinquies h. V; *Exercitationes historicas* proponet publice die Merc. h. VI.

CAROLUS DE SEEBACH, Dr., publice *structura Germaniae geologica* et quantum ea ad formas regionum et artes hominum conferat d. Jovis h. III—IV. Privatim *Geognosiam* quinquies h. VIII—IX tradet atque *excursionibus* illustrabit. Privatissime sed gratis *exercitationes practicas* sueto more moderari perget.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., privatim docebit *Agriculturam generalem et specialem* quater per hebd. h. XII; *Exercitationes oeconomicas et Excursiones* instituet horis definiendis.

GUIL. HENNEBERG, Dr., privatim *de pabuli aestimandi et miscendi ratione* disseret d. Merc. h. XI—I; publice *recentiores de animalium nutritione quaestiones* tractabit d. Sat. h. X—XI.

ERNESTUS EHLERS, Dr., privatim *Zoologiam* sexies h. VIII; publice *historiam naturalem animalium in corpore humano parasitantium* semel per hebdomadem docebit; privatissime *Exercitationes zoologicas* moderabitur.

L. FUCHS, Dr., *Introductionem in aequationum differentialium theoriam* sexies per hebd. h. XI. In seminario mathematico-physico *insignes quasdam aequationes differentiales* tractabit. *Societatem mathematicam* h. d. moderabitur.

b. *Professoris honorarii.*

AD. SOETBEER, Dr., privatissime sed gratis *Exercitationes camerales* instituet horis definiendis.

c. *Professorum extraordinariorum.*

H. A. L. WIGGERS, Dr., tradet *Pharmaciam* sexies per hebd. hora matut. VI—VII. *Pharmacognosiam* duce compendio suo: Handbuch der Pharmacognosie, 5. Aufl., quinquies per hebdom. h. II—III.

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* in laboratorio physiologico-chemico horis VIII—XII et III—V quotidie (excl. d. Sat.) moderabitur.

FRID. GUIL. UNGER, Dr., d. Jovis h. VI—VII et sem. publice *de Epochis historiae artium plasticarum* disseret.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., *Musicae* recentioris historiam scholis quaternis enarrabit; *Rhetoricae* artis rudimenta privatissime binis, *Paedagogiae* hodiernae fundamenta totidem lectionibus edocebit, horis postea constituendis.

ALBERTUS PEIP, Dr., privatissime sed gratis die Jovis h. vesp. VI—VIII *ethices philosophicae systemata potiora* exponet; privatim *logicam* docebit quaternis p. hebd. scholis h. VII—VIII.

GUILELMUS KLINKERFUES, Dr., speculae regiae director, privatim *astronomiae theoreticae doctrinam* tradet hora XII—I diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis; publice hora commoda cum seminarii physico-mathematici sodalibus *observationes astronomicas* instituet.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater per hebd. h. IV—V. *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit dieb. et horis postea indicandis.

H. HÜBNER, Dr., privatim h. IX—X sexies p. hebd. *Chemiam* tradet. Privatim h. XII—I diebus Lun., Mart., Merc., Jov., Vener. *Chemiam organicam* tradet.

A. ENNEPER, Dr., *Geometriam trium dimensionum analytice* tradet dd. Lunae, Martis, Mercurii et Jovis h. IX—X.

EDUARDUS RIECKE, Dr., privatim *Physices experimentalis partem primam* docebit h. V—VI diebb. Lun., Mart., Jov., Veneris; *exercitationes practicas* moderabitur in laboratorio physico privatim. In seminario physico-mathematico *exercitationes* instituet de mensura absoluta in rebus electrodynamicis et magneticis adhibenda.

B. TOLLENS, Dr., h. XI—XII bis per hebdom. privatim *Agriculturae chemiam* docebit; *Chemiam organicam* in usum agriculturae studiosorum publice semel per hebdom. h. XI—XII tradet et in laboratorio ad agriculturam una cum adjutore BENTE, Dr., destinato *Exercitationes practicas* quinquies per hebd. h. VIII—XII et II—IV moderabitur.

E. STEINDORFF, Dr., *Palaeographiam latinam* tradet quater per hebd. *Exercitationes historicas* semel per hebd. publice instituet.

CAROLUS GOEDEKE, Dr., *de Schilleri vita et scriptis* h. V—VI d. Mercurii publice disseret. *Historiam poeseos Germanorum inde a saeculo XVI* enarrabit h. IV—V dd. Lunae, Martis et Jovis.

JOHANNES REINKE, Dr., privatim *plantarum definiendarum artem* docebit d. Lunae et Jovis h. III. *Plantarum morbos* enarrabit d. Martis et Veneris h. III. *Exercitationes microscopicas* instituet d. Mercur. et Sat. h. VIII—XII; praeterea *exercitationes microscopicas et physiologicas* in provectiorum usum quotidie h. VIII—I et II—V.; publice in moderandis *societatis botanicae exercitationibus* perget semel p. hebdom.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni h. matutinis VII—XI et horis pomeridianis (excepto d. Saturni) IV—V.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie et Orchesterspiel-Verein* vocantur, invitat.

* * *

HUBERT. JACOB. ESSER, Dr., privatim h. VII—VIII mat. sexies per hebd. *doctrinam de morbis animalium domesticorum* adjunctis demonstrationibus clinicis in nosocomio veterinario tradet.

d. *Privatim docentium.*

JULIUS TITTMANN, Dr., Ord. phil. Assessor, *de fabulis Germanorum heroicis* gratis disseret h. X dieb. Lunae, Merc., Veneris.

TH. WÜSTENFELD, Dr., *Historiam literarum Italiae civitatum tempore medii aevi* dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. X—XI gratis leget.

J. DEDE, Dr., tradet privatissime *leges latas a meritissimo atque rerum peritissimo Stein, a summo reipublicae moderatore comprobatas* dd. Martis ac Veneris; gratis *Papenburgum belli pacisque temporibus.*

D. PEIPERS, Dr., *studiorum Platonicorum et Aristotelicorum rationem* explicabit quater h. VIII. Cum societatis sodalibus *Ritteri et Prelleri historiam philosophiae graecae et romanae* tractabit, die Mercurii hora VI.

E. WILKEN, Dr., *Linguae palaeosaxonicae* et grammaticam tradet et lectiones instituet dd. Mercurii et Saturni h. X—XI; praemissa introductione literaria *Gudruniadis* lectionem consummabit dd. Lunae et Jovis h. X—XI; gratis in moderanda sodalium *lectione theodisca* perget hora commoda.

A. VOSS, Dr., tractabit quater per hebd. *geometriam analyticam*, bis p. h. *Theoriam superficierum algebraicarum*, imprimis earum quarum puncta unico modo plano adjungi possunt.

L. H. FRIEDBURG, Dr., *Chemiam analyticam* ter per hebd., *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum tradet bis per hebd.

JULIUS POST, Dr., *Chemiam technicam* ter leget una cum excursionibus; *Conspectum systematicum* materiarum organicarum semel p. h. dabit.

E. REHNISCH, Dr., quaternis diebus h. IX—X artem *logicam* et *encyclopaediam philosophiae* docebit.

V. ARTIUM EXERCITIA.

Musicam, artem delineandi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum* artes magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
6–7				Pharmacia (6) *Wiggers.*
7–8	Hist. dogmatum (1) *Duncker.* — Hist. reformat. (2) *Wagenmann.* — Histor. eccl. saec. XIX. (4) *idem.*	Ius german. (6) *Thöl.* — Ius germ. priv. (6) *Wolff.*	Botan. gen. et spec. (6) *Griesebach.* — Pathol. et therap. spec. (4) *Hasse.*	Botan. gen. et spec. (6) *Bartling.* — Gramm. lat. (4) *Sauppe.* — Calc. differ. et integr. (5) *Stern.* — Logica (4) *Peip.* — Morbi animal. domest. (6) *Esser.*
8–9	Hist. eccles. II. (6) *Duncker.* — Hist. eccles. I. (6) *Wagenmann.* — Theolog. dogmat. I (5) *Ritschl.*	Ius mercatur. (5) *Thöl* — Ius german. (1) *idem.* — Encyclop. iur. (4) *Frensdorff.* — Ius germ. priv. (6) *Wolff.*	Planta officin. (4) *Griesebach.* — Clin. gynaecolog. (4) *Schwartz.* — Morb. org. audit. (2) *Lohmeyer.* — Operat. obstetric. (2) *Hartwig.*	Flora indigena (5) *Bartling.* — Histor. med. aev. (4) *Waitz.* — Hesiodi Theogon. (2 vel 3) *Wieseler.* — Res pecuar. (4) *Griepenkerl.* — Calc. variat. (3) *Stern.* — Logica (4) *Baumann.* — Geognosia (5) *de Seebach.* — Zoologia (6) *Ehlers.* — Exerc. pract. chem. (5) *Boedeker.* — Plat. et Aristot. (4) *Peipers.*
9–10	Exerc. sem. homil. (1) *Ehrenfeuchter.* — Exerc. liturg. (1) *Schoeberlein* — Pauli ep. ad Rom. (5) *Ritschl.* — Tria pri. evang. (6) *Luenemann.* — Pauli ep. ad Corinth. (5) *Zahn.*	Institutiones c. hist. iur. rom. (6) *de Ihering.* — Doctr. iur. comm. de hered. (5) *Ziebarth.* — Ius gent. (3) *Frensdorff.*	Clin. et policlin. (6) *Baum.* — Exerc. clin. chirurg. (6) *Lohmeyer.*	Theor. oecon. nation. (5) *Hanssen.* — Aeschyl. Pers. (4) *Sauppe.* — Gramm. anglos. et Beowulf (3) *Th. Mueller.* — Ling. ital. (1) *Th. Mueller.* — Hypothes. geom. Eucl. (1) *Schering.* — Hist. rer. public. Angl. (4) *Pauli.* — Exerc. pract. chem. (5) *Boedeker.* — Chemia (6) *Huebner.* — Geometr. tri. dim. (4) *Enneper.* — Fab. hero. Germ. (3) *Tittmann.* — Log. (4) *Rehnisch.*
10–11	Exerc. liturg. (1) *Schoeberlein.* — Exerc. semin. homil. (1) *Wiesinger.* — Introd. in N.T. (5) *Zahn.* — Genes. (5) *Duhm.*	Pandect. pars de reb. (6) *Ribbentrop.* — Institutiones c. hist. iur. rom. (6) *de Ihering.* — Ius ecclesiast. Cath. et Evang. (6) *Mejer.*	(10—½11) Clin. et policlin. (6) *Baum.* — (½11—11) Clin. et policlin. (6) *Hasse.* — Physiol. experim. I (5) *Meissner.* — Physiol. gen. et spec. (6) *Herbst.*	Hydrostatica (4) *Ulrich.* — Catull. et Propert. (4) *de Leutsch.* — Prosem. phil. (1) *idem.* — Jesaias (6) *Bertheau.* — Metaphys. (4) *Lotze.* — Histor. art. plastic. vet. (3) *Wieseler.* — Capita selecta geogr. compar. (2) *Wappäus.* — Theor organ. rust. (4) *Griepenkerl.* — Gramm. hebr. (4) *de Lagarde.* — Anim. nutrit. (1) *Henneberg.* — Hist. litt. Ital. med. aev. (4) *Wuestenfeld.* — Gudrun (2) *Wilken.* — Linguae palaeosax. (2) *idem.*
11–12	Exerc. sem. homil. (1) *Ehrenfeuchter.* — Exerc. semin. homil. (1) *Wiesinger.* — Pauli epistol. (5) *Wiesinger.* — Isagog. in N. T. (5) *Luenemann.*	Ius crim. Germaniae commune (6) *Zachariae.* — Encyclop. iur. (4) *Mejer.* — Histor. const. Germ. (1) *idem.* — Pandect. (6) *Hartmann.* — Histor. iur. german. (6) *Dove.* — Proc. crim. Germ. (4) *Ziebarth.* — Hist. proc. crim. (1) *Ziebarth.*	Anatom. gener. (3) *Henle.* — Clin. et policlin. (6) *Hasse.* — Trichin. et trichinos. (1) *Herbs.* — Osteolog. et syndesmolog. (3) *de Brunn.*	Hist. Germ. liter. (4) *Bohtz.* — Sem. philolog. (2) *de Leutsch.* — Mineralog. (5) *Sartorius de Waltershausen.* — Exerc. phys. Sem. phys.-math. (1) *Listing.* — Colloq. phys. (1) *Listing.* — Sem. philol. (2) *Sauppe.* — Sem. paedag. (2) *Sauppe.* — Chrestom. Sanscr. (1) *Benfey.* — Sem. philol. (1) *Wachsmuth.* — Prosem. philol. (1) *Wachsmuth.* — Ratio pabuli aest. et misc. (1) *Henneberg.* — Introd. aequat. diff. theor. (6) *Fuchs.* — Exerc. pract. chem. (5) *Boedeker.* — Agricult. chem. (2) *Tollens.* — Chemia organ. (1) *idem.*

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12–1	Vita Christi (4) *Ehrenfeuchter.* — Dogmat. II (6) *Schoeberlein.* — N. T. theolog. (5) *Wiesinger.*	Ius publ. civit. german. commune (6) *Zachariae.* — Ius german. (1) *Thöl.* — Exercit. exeg. pract. (3) *de Ihering.* — Pandect. (6) *Hartmann.* — Histor. rei municip. ap. Germ. *Frensdorff.*	Anatom. syst. II. (6) *Henle.* — Exerc. clin. ophthalm. (4) *Leber.* — Exerc. ophthalmoscop. (2) *Leber.* — Patholog. et therap. gener. (4) *Marmé.*	Optice (4) *Listing.* — Colloqu. phys. (1) *Listing.* — Exerc. sem. archaeol. (1) *Wieseler.* — Exerc. francog. (3) *Th. Mueller.* — Exerc. angl. (3) *Th. Mueller.* — Funct. quantit. variab. (4) *Schering.* — Geogr. et ethnogr. veter. (5) *Wachsmuth.* — Agricult. gen. et spec. (4) *Drechsler.* — Ratio pabuli aest. et misc. (1) *Henneberg.* — Astron. theor. (4) *Klinkerfues.* — Chemia org. (5) *Hübner.*
2–3			Ossium fract. et luxat. (2) *Baum.* — Electrotherap. (3) *Marmé.* — Exercit. formul. med. scrib. (1) *Husemann.*	Gramm. chald. et Daniel. (2) *Bertheau.* — Coran. (1) *idem.* — Prosem. philol. (1) *Sauppe.* — Pharmacognos. (5) *Wiggers.* — Exerc. agric. (5) *Tollens.*
3–4	Introduct. in theolog. (4) *Ehrenfeuchter.* — Exerc. catech. (1) *Wagenmann.*		Pharmacologia (4) *Marx.* — Chirurg. I. (1) *Baum.* — Gynaecologia (4) *Schwartz.* — Morb. psych. (2) *Meyer.* — Ophthalmol. (4) *Leber* — Pharmacologia (5) *Husemann.*	Prosem. philol. (1) *de Leutsch.* — Gramm. ling. theot. histor. (5) *G. Mueller.* — Structur. German. geolog. (1) *de Seebach.* — Exerc. pract. chem. (5) *Boedeker.* — Exerc. pract. (5) *Tollens.* — Plantar. defin. ars (2) *Reinke.* — Plantarum morbi (2) *idem.*
4–5		Processuale pract. (2) *Briegleb.* — Ius civ. Boruss. (2) *Ziebarth.*	Chirurg. I (5) *Baum.* — Clin. psychiatr (2) *Meyer.* — Pathol. et therap. gen. (4) *Kraemer.* — Morbi cut. et vener. (2) *idem.* Pathol. gen. (2) *Krause.* — Anatom. pathol. spec. (3) *Krause.* — Chirurg. gen. (6) *Lohmeyer.*	Psycholog. (3) *Bohtz.* — Antiqu. Germ. (4) *Waitz.* — Philos. pract. (4) *Lotze.* — Rigveda (2) *Benfey.* — Exerc. pract. chem. (5) *Boedeker.* — Chem. pharmac. (4) *de Uslar.* — Hist. poes. Germ. (3) *Goedeke.*
5–6	Catech. et homil. (2) *Schoeberlein.* — Liturg (2) *idem.* — Exercit catech. (1) *Wiesinger*	Nonn. hist. iur. Rom. cap. (2) *Ribbentrop.* — Processuale practicum (2) *Briegleb.* — Ius civ. Boruss. (2) *Ziebarth.*	Exerc. operat. chirurg. in cad. (6) *Baum.* — Physiol. generat. et embryol. (1) *Meissner.* — Clin. psychiatr. (2) *Meyer.* — Anatom. pathol. for. (1) *Krause.* — Pharmacologia (5) *Marmé.*	Geom. pract. (4) *Ulrich.* — Parcival (4) *G. Mueller.* — Gramm. sanscrit. (3) *Benfey.* — Chrestom. Sanscr. (2) *idem.* — Histor. philos. vet. (4) *Baumann.* — Hist. aev. rec. (5) *Pauli.* — Phys. exper. I (4) *Riecke.* — Schilleri vita (1) *Goedeke.*
6–7	Exercit. liturg. (1) *Schoeberlein.* — Soc. theolog. (1) *idem.* — Soc. exeget. (1) *Wiesinger.* — Soc. theol. histor. (1) *Wagenmann.* — Princip. hermen. (1) *Lemme.* — Conversatoria *Repetentium.*	Exercit. ad font. iur. German. spect. (1) *Frensdorff.*	Physiol. generat. et embryol. (1) *Meissner.* — Select. toxicolog. cap. (1) *Marmé.*	Geom. pract. (4) *Ulrich.* — Soc. Philos. (2) *Baumann.* — Soc. hist. (1) *Pauli.* — Soc. hist. (1) *Wachsmuth.* — Epoch. hist. art. plast. (1) *Unger.* — Eth. philos. systemata potiora (1) *Peip.* — Soc. philos. philol. (1) *Peipers.* — Chemia organ. (2) *Tollens.*
7–8	Soc. theolog. (1) *Schoeberlein.*			Eth. philos. syst. pot. (1) *Peip.*

Scholae, quarum horae non erant indicatae, in hunc conspectum receptae non sunt.